



101  
6

N. a. 19

1012

Libb. græc. & latinæ  
in Octavo

N. 94.

II 1 a 94





M. GERH. GOTTFRIEDRANIS,

VERBI DIVINI APVD GOETTERA-  
NOS MINISTRI,

---

CRITICA  
ANALYSIS

PRONOMINVM PERSONALIVM,  
SVFFIXORVM ITEM,  
NEC NON

ADFORMATIVORVM  
PARITER ET PRAEFORMATIVORVM  
EBRAICORVM ET CHALDAICORVM.


---

QVA  
IN EORVM GENVINA ETYMA, ET LEGI-  
TIMAM AB HIS DEDVCTIONEM SEDVLO  
INQVIRITVR, ET CVIVSLIBET MVTATIONIS  
RATIO SVBIIICITVR.

IN VSVM QVONDAM AVDITORVM

CONCINNATA, NVNC VERO EX ROGATV  
PLVRIVM IN LVCEM EDITA.

---



JENAE, EX OFFICINA RITTERIANA,

M DCC XXXIV.

MADE IN GREAT BRITAIN  
BY THE UNIVERSITY OF TORONTO  
PRINTED IN GREAT BRITAIN

CRITICA  
ANALYSIS



IN THE UNIVERSITY OF TORONTO  
LIBRARY  
1857



L57



V I R O  
M A G N I F I C O,  
S V M M E V E N E R A B I L I E T E X C E L -  
L E N T I S S I M O

I O A N N I G E O R G I O  
W E B E R O,

T H E O L O G O C O N S V M M A T I S S I M O,  
S E R E N I S S I M O P R I N C I P I S A X O - V I -  
N A R I E N S I A C O N S I L I I S E C C L E S I A S T I C I S S V P R E -  
M I S, S E N A T V S S A N C T I O R I S A D S E S S O R I, S V -  
P R E M O Q V E A V L I C O C O N C I O N A T O R I, G E N E -  
R A L I P A R I T E R S V P E R I N T E N D E N T I, P A S T O R I  
I T E M A D D D . P E T R I E T P A V L L I  
P R I M A R I O,

I L L V S T R I S Q V E G T M N A S I I E P H O R O,

P A T R O N O,  
E T I N C H R I S T O P A T R I,  
M I H I S V B M I S S E D E V E N E R A N D O.

NEC NON  
V I R O  
SVMME VENERABILI ET EXCEL-  
LENTISSIMO  
ANT. EHRENFRIED  
FASELIO,  
THEOLOGO MERITISSIMO,  
SENATVS SANCTIORIS ADSESSO-  
RI SPECTATISSIMO, ET AD DD. PETRI  
ET PAVLLI ARCHI-DIACONO  
GRAVISSIMO,  
PATRONO, ET ADFINI MEO  
OMNI PIETATIS CVLTV  
OBSERVANTER COLENDO,



TANDEMQUE

VIRO

PERQVAM REVERENDO, AMPLISSIMO,  
CLARISSIMOQUE

GERH. GOTTFRIED  
RANIS,

PHILOSOPHIAE MAGISTRO,

ADIVNCTO DIOECESEOS APOLDANAE  
GRAVISSIMO, PASTORI ITEM APVD MAGDA-  
LENSES, OTTSTADIENSES ET MAINENSES  
MERITISSIMO,

PARENTI MEO

OMNI ANIMI RELIGIONE  
PROSEQVENDO.

HVIVS  
QVIDQVID EST  
LABORIS SPECIMEN  
IN PERENNE  
SVBMISSISSIMI OBSEQVII  
ET  
OFFICIOSAE VENERATIONIS  
MONIMENTVM  
SVB  
OMNIGENAE FELICITATIS  
ADPRECATIONE  
CONSECRAT  
A V C T O R.

VIRI,  
MAGNIFICE,  
SUMME VENERABILES,  
ET EXCELLENTISSIMI,

NEC NON  
PERQVAM REVERENDE ET CLARISSIME.

**Q**VALESCVNQVE has pagellas VESTRIS  
vt sacratas esse cuperem nomini-  
bus, *Vestra*, OMNIUM VESTRORVM,  
erga me paterna impulit relatio.  
TE enim, *Magnifice* WEBERE, quum, per  
Numinis Supremi pariter ac Serenissimi re-  
gentis nostri gratiam, patrem submis-  
serandam habeam *officii*, quid, quaeso, TVO  
characteri dignius vel vlllo modo expectari  
potuit a me, quam quod adducta ratione  
serui tester debitam submissionem? Quum-  
que TE, *Excellentissime* FASELI, in diuer-  
sis rerum discriminibus *consilii* sexcenties  
cognouerim patrem, quid, cogites, clienti  
magis est conueniens, quam gratificae offi-  
ciositatis publicum fecisse monumentum?  
Et quia mihi tandem TE, *Clarissime* RANISI,  
*naturae* vt & *beneficiorum* patrem a primis in-  
de incunabulis exoculari contigit, nonne  
filio & beneficiario incumbit, pietatem ge-  
nitori, benefactorique gratitudinem exhi-  
buisse omni animi religione? Idcirco &  
confido, neminem ex VOBIS fore laturum  
aegre, quod, VESTRVM ego seruus, cliens  
pariter ac filius, omni, cuiuslibet relationi de-  
bita, submissione hoc, quod sequitur, labo-  
ris subcisiui specimen decenter porrigam,

A 4

firmis-

DEDICATIO.

firmissime persuasus, vos, quum praesidio,  
vt & fauori opus habeat, eidem eo minus  
negaturos haec, quo promptiores, citra omne  
meritum, perpetuo monstratis vos, labores  
qualescunq; meos *respectiue* comprobandi  
gratiose, & promouendi sedulo. Supplex  
autem veneror Supremum Numen, vt vos,  
ecclesiae columina, & *spirituales* patres meos,  
seruet diutissime, vt, VESTRO sub auspicio,  
non solum ecclesia, in dies aucta, perpetim  
promoueatur; sed & ego patrocínio nullo  
vmquam tempore destituar impostherum.  
TE vero *Magdalensem*, patrem *naturalem*, &  
quod sequitur exinde, optimum fautorem,  
longam in annorum seriem concedat mihi  
DEVS, pater omnium nostrorum, sospitem,  
&, quod opto filiali reuerentia, inconcussa  
prosequatur vitae viriumque prosperitate!

VIRI,  
MAGNIFICE,  
SUMME VENERABILES  
ET EXCELLENTISSIMI,  
NEC NON  
PERQVAM REVERENDE AC CLARISSIME,  
NOMINIS VESTRORVM  
MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI,  
ET PERQVAM REVERENDI,

*Goetterae,*  
d. 4. Nov. 1733.

*Subiectissimus*  
*seruus, cliens & filius,*

M. GERH. GOTTFR. RANIS,  
Pastor Goetteranus.

LECTO-



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

M. GERH. GOTTFR. RANIS.


**C**AVSSA, qua inductus, hanc, quae sequitur, analysin pronominum et suffixorum, tuo iam subiicio conspectui beneuolo, praeprimis ea est, vt tandem aliquando studiosae iuuentuti soluerem, quod a fat longo debui eidem interuallo temporis. Quum enim quatuor, et quod excurrit, abhinc annis, secundante DEO, in inclyta, quae IENAE est, academia varios cepissem instituere in fundamentis linguae sanctae, celerius opinione omnium a serenissimo principe ERNESTO AVGVSTO auocabar inde ad subeundum *tertii* illustris, quod VINARIAE florere notum est, Gymnasii *collegae* munus, vt idcirco, quam inceperam texuisse telam vtique inuitis auditoribus ab-rumpere compellerer. Et licet variis omnino vicibus efflagitarent humanissime, vt, quod de etymis pronominum et suffixorum ore tantum tradidissem hactenus, comprehensa scriptis cum iisdem communicari paterer;

A 5

terer;

terer; laboriosa tamen muneris istius functione haud quaquam permittebat, ut voto eorumdem satisfacere, & fidem liberare potuissem. Postquam autem factum est, ut elapso functionis anno ab eodem serenissimo regente nostro onere scholastico leuatus de nouo denominarer pastor *Goetterensium*, temporis plus nactus cepi de expletione istarum precum cogitare serio, & subcisiuis horis iterum ex scriniis protrahere, quae iam dum conscripseram durantibus, quae a me praelecta sunt, collegiis. Vnde TIBI, LECTOR BENEVOLE, constare poterit, incipientium tantummodo in gratiam confecta esse, quae subiiciuntur, ut idcirco faciliori ratione ignoscendum mihi sit, si quae saporis tui, longorere usu exercitato, obfendes taediosa. Interim tamen spero, te laborem, qui non minus prodest, quam delectat, nullo unquam tempore reprehensurum; sed potius adhibiturum fore operam, ut finis, quem intendit labor iste, quiue adcuratori idiomaticae ebraicae cognitione absoluitur, promoueatur rite, & obtineatur quam feliciter. Summum ceteroquin mecum Numen veneraberis, ut omnia de promouendo studiosae iuuentutis commodo conamina spe sua non frustrentur vsquam, sed remotis omnibus obicibus optato cedant perpetim. Interea vero vale, & propediem alia exspecta! *Goetterae* idibus Aug. CIO MDCC XXXIII.

PARS I.

  
 PARS I.  
 ANALYSIS  
**PRONOMINVM**  
 PERSONALIVM  
 EBRAICORVM ET CHALDAICORVM.

TABVLA SYNOPTICA,  
 VNIVERSAM,  
 QVAE SVBINDE SEQVITVR,  
 TRACTATIONEM REPRAESENTANS.

CAP. I.

In analysi pronominum personalium sistuntur

- (I.) PRAECOGNITA, quae erunt in
- (A) *Genere* eorum
    - (1) Naturam, §. I.
    - (2) Numerum, §. II.
  - (B) *Specie* vero eorum
    - (a) Cognomina, §. III.
    - (b) Characteres, & quidem
      - (1) Generatim, §. III.
      - (2) Speciatim, ratione
        - (a) PERSONARVM, §. V.
        - (β) GENERVM, apud
          - (1) Ebraeos, §. VI.
          - (2) Chaldaeos, §. VII.
        - (γ) NUMERORVM, & quidem
          - (a) Ebraice, §. VIII.
          - (b) Chaldaice, §. VIII.

CAP.

## CAP. II.

## SECTIO I.

## (II.) FORMATIO ab etymis, ratione personae

(AA) PRIMAE, eiusque

(i) Singularis apud

(a) Ebraeos,

(1) אִנִּי §. X.

(2) אֲנִי §. XI.

(b) Chaldaeos, אֲנִי §. XII.

(2) Pluralis, &amp; quidem

(a) Ebraice, אֲנַחְנוּ vel נַחְנוּ §. XIII.

(β) Chaldaice, אֲנַחְנֵנוּ, נַחְנֵנוּ  
vel אֲנֵנוּ §. XIII.

## SECTIO II.

(BB) SECUNDAE, eiusque

(a) Singularis, &amp; quidem apud

(a) EBRAEOS generis

(1) Feminini, אֲנִי rarius אֲנִי

(2) Masculini, אֲנִי vel אֲנִי §. XV.

(β) CHALDAEOS VERO אֲנִי vel אֲנִי §. XVI.

(b) Pluralis, &amp; quidem

(I.) Ebraice, generis

(a) Masculini, אֲנֵנוּ

(b) Femin. אֲנֵנוּ vel אֲנֵנוּ §. XVII.

(II.) Chaldaice, generis

(a) Mascul. אֲנֵנוּ vel אֲנֵנוּ

(β) Fem. אֲנֵנוּ vel אֲנֵנוּ §. XVIII.

## SECTIO III.

(CC) TERTIAE, eiusque

(I.) Singularis generis

(1) Masculini, אֲנִי

(2) Feminini, אֲנִי vel אֲנִי §. XVIII.

II.) Plu-



(II.) *Pluralis*, apud

- (a) EBRAEOS, generis  
 (1) Masculini, אָהָרָה vel אֶהָרָה  
 (2) Feminini, אֶהָרָה vel אֶהָרָה §. XX.
- (b) CHALDAEOS, generis  
 (a) Masculini, אֶהָרָה vel אֶהָרָה  
 (b) Feminini, אֶהָרָה vel אֶהָרָה §. XXI.

IOVA IVVA! T. O. T. Q. M. ↓

## PARTIS PRIMAE

## CAP. I.

DE

## PRAECOGNITIS IN ANALYSI PRONOMINVM PERSONALIVM.

## §. I.

**Q**VVM ea sit pronominum in genere nativa indoles, vt vices nominis praestare possint *a*); ita personalium in specie *natura* est, vt apta sint personam designare.

*a*) Ne scilicet iterata nominis repetitio molesta accidat. Vnde etiam ebraice dicuntur אֶהָרָה *cognomina*, quod quasi cognomen sint antecedentis nominis, illudque referant occulte.

## §. II.

DE *numero* eorum autem clare satis demonstrari potest, non nisi TERNVM eum esse oportere, quum *aut* de nobis ipsis; *aut* de alio, eoque vel *praesente*, vel *absente*, verba faciamus, adeoque fundamentum numeri prodamus apertissime *b*).

*b*) Quod si enim loqueris de te, *primam*: si  
 de

de alio, et quidem praesente, *secundam*; de absente vero *tertiam* personam indicabis.

## §. III.

VNDE quoque factum est, vt vnumquodque personalium pronominum respondens characteri suo sit sortitum *nomen*. Personam enim *primam* **הַמְדַבֵּר** c); *secundam* contra ea **שְׁלוֹנוֹכַח** d), ac tandem *tertiam* **מִכְתָּרָה** e) nominare moris est.

c) *Loquentem*, dum naturalis poscat ordo, vt a notissimo incipiat oratio. Vnde & alias **הַמְדַבֵּר בְּעַרְוֹ** loquens pro se, aut de se apud Ebraeos audit, siquidem pronomen primae personae per confessionem suam, quam de se profert ad alios, primum non minus, quam quoque notissimum constituit sermonis subiectum.

d) *Quae coram est*, praesens enim melius cognoscitur absente. Quapropter & **נִמְצְיָה** praesens quandoque adpellitari solet.

e) *Absconditam*, dum absens longe sit ignotior praesente. Alias quoque dicitur **הַנְּסֻתָּה** *occulta*, & **שְׁלֵיָה לְנוֹכַח** *quae coram non est*, sed remota potius, & extra sermonis terminos constituta.

## §. IIII.

QVORSVM & respiciunt eorum *characteres*, quorum titulo venire solent omnia, quae mutuae secretionis gratia adhibita fuisse no- uimus f), & pro ratione personarum, generum ac numerorum varia omnino sunt.

f) Non autem opus est, vt semper sint litterae: dum etiam vocales, aut ipsa vocum forma characte-

racterum vices ſubeant ſaepiſſime, ceu ex iis, quae ſequuntur, clarius patebit.

§. V.

CHARACTER enim PERSONAE g) *tertia*e eſt He actu mouendum h): *ſecundae* vero Tau i); ac *primae* tandem cuiuslibet defectus characteris k).

g) Et quidem tam penes Ebraeos, quam Chaldaeos, quum hoc in negotio penitus conſentiant.

h) Quod deſumptum eſt ex radice  $\text{אָוִן}$  fuit, *exſtitit*, & adhibetur hoc loco ad deſignandum ſermonis quoddam obiectum, ſed ſine ſpeciali quadam in ſermonis negotio determinatione, ſive reſtrictione, exiſtens, quia tertia perſona procul quaſi oſtendenda eſt, ſi de ea, vtpote abſente, loqui placeat.

i) Deſumitur ex radice  $\text{אָוִן}$ , quae praeter alia etiam *determinare*, & *certis limitibus circumſcribere* ſignificat. Vt adeo haec littera, *terminum ſignificans*, hoc loco adhibeatur ad exprimendam ſecundae perſonae naturam, quia terminus quaſi eſt loquentis, ad quem orationem dirigit, quique ſonum excipit & auſcultat.

k) Haec enim, dum loquitur, ratione ſexus ſui, per ſe nota eſt cuiſlibet, & in ſenſus incurrit, vt idcirco non ſit opus peculiari characterẽ inſignire iſtam.

§. VI.

CONTRA ea vero characteres GENERVM apud Ebraeos ſic ſunt enodandi, vt, perſonam *primam* in vtroque numero deſtitutam eſſe omni generum criterio l), adtente obſeruetur.

tur. In *reliquis* autem conspicitur, intuitu SINGVLARIS numeri in *secunda* femininum a masculino per formam exilem monosyllabicam *m*) sese distinguere: et in *tertia* generis differentiam per vocales *n*) indigitari. In PLVRALI autem *utriusque* personae *Mem finale* genus masculinum, & *Nun finale* genus femininum *o*) clarissime subinnuit.

*l*) Non enim habet opus, quia generis communis est, adeoque sub vna eademque forma genus masculinum & femininum simul exprimit.

*m*) Femininus enim sexus nimis est impatiens, adeoque in pronuntiatione abrumpit, & decurtat voces proferendas. Secus autem rem in masculino sexu se habere, infra §. XV. *qq*), & quidem hemistichio posteriori, adnotauimus.

*n*) Dum sonus (*i*) sexum debiliorem femininum distinguit a robustiori masculino, quippe cui non æque proprius existimatur.

*o*) Ex ratione, quam infra §. VIII. *t*) adlegabimus.

### §. VII.

APVD *Chaldaeos* autem persona *prima* omni caret caractere generis *p*). In *secunda* quoque pariter et *tertia* nullus itidem conspicitur character *q*) in earum SINGVLARI: quum contra ea *utriusque* huius personae PLVRALIS genera per vocales, *Nun* finali praemissas, ita distinguat, vt *schureck masculinum r*), et *tsere femininum s*) genus indicet.

*p*) Per eandem, vti apud *Ebraeos*, rationem, quam §. VI. *t*) exposuimus.

*q*) *Vtrium-*

q) Vtrumque enim iterum vna forma de vtroque sexu adhibetur, vt idcirco itidem externo caractere plane opus non fit.

r) Sonus enim iste, ceu *gravis* admodum, masculino sexui putatur maxime conueniens. Id quod & tunc notandum est, si loco Schureck alternet aliquando Cholem, quum & sonus huius masculino generi conueniat.

s) *Tenuis* quippe & *exilis* eius sonus feminino generi respondet optime. Quod etiam dicendum est, si chireck pro eo alternare solet quandoque. Perinde autem est, sequatur Iod, an omittatur in scribendo: quum enim sit quiescibilis, quæ scilicet in efferendo latitat, dum sonus eius iam in sono vocalis præcedentis comprehenditur, scribi potest & omitti, citra vllum oritur exinde periculi metum.

### §. VIII.

SIC VERO NUMERI, apud *Ebraeos* quidem, sunt discernendi, vt PLVRALEM *tertiæ* & *secundæ* □ & † e); sed *primæ* radix 𐤀𐤃𐤁 u) indiget: SINGVLAREM autem horum omnium defectus x) arguat.

1) Vtrumque enim desumptum est ex nominibus pluralibus. Scilicet □ ex 𐤀𐤃𐤁 quod tamen non, vt quibusdam placet, *homines* in genere; sed præcise *mares* significat, vt ex *Ies. III, 25.* coll. *III, 1.* clarum euadit: & † ex 𐤀𐤃𐤁 *mulieres*.

u) De qua vide infra §. XIII. p). Nulla autem pluralitatis nota, quæ in nominibus obtinet, hoc loco adhiberi potest, quia nomina *tertiæ* quidem, sed non *primæ* sunt personæ, vt idcirco adducta

B

radix

radix vnice pro criterio pluralitatis personae primae aestimari debeat.

x) Opus enim non est peculiari caractere, quum simplex eius forma non nisi singularitatis index potest esse apertissimus.

### §. VIII.

PFNES Chaldaeos autem SINGVLARIS itidem omni prorsus numeri criterio est destitutus *y*). PLVRALIS contra ea in *secunda* pariter & *tertia* persona per Nun finale *z*) indicatur, quum in *prima* peculiaris aequae nullus sese prodat numeri character, forma composita eius vices sustinente *aa*).

*y*) Per eandem rationem, quam §. VIII. x) adduximus.

*z*) Quod ex voce Chaldaica ܢܨܝܢ desumptum est. Conf. §. VIII. *t*)

*aa*) Vide sis §. VIII. *u*)

## CAP. II.

DE

## FORMATIONE PRONOMINVM PERSONALIVM.

### SECTIO I.

#### DE PRONOMINIBVS PRIMAE PERSONAE.

### §. X.

PERSONAE autem primae SINGVLARIS apud Ebraeos אני ab אנר ductu formae אמר *a*) deducitur sequenti ratione, vt abiecto He *b*), cum kamez praecedente *c*), simplex Schua sub Aleph in compositum *d*) mutetur.

*a*) Ad

a) Ad cuius analogiam יְיָ deberet comparere, uti ex DANZII *parad. nom. & verb. forma* LXII. p. 48. constat. Jod autem, quod in fine conspicitur, aliquibus videtur detruncatum ex radice יָדָּ fateri, aut confiteri significante, & quidem eam ob causam, quia certam qualitatem, subiecto illi inhaerentem, & ad id, quod reliquis significatur litteris, ceu ad originem suam, se referentem, profiteatur & indiget: praetereaque notum sit, hanc litteram, nominibus *essentialiter* additam, ex abstractis *concreta essentialia*, de substantiis *adiectiva*, seu *concreta accidentalia*, de numeralibus cardinalibus *ordinalia*, tandemque de propriis *gentilia* & *patronymica* formare. Unde nomini יְיָ, *occursum* significanti, additum, inducit illi formam *adiectivi*, ut idcirco *occurrentem*, aut si mauis, *obuiantem*, formaliter significet, & quidem satis commode, dum loquens de se per eminentiam quamdam aliis se sistit obuium & praesentem. Jod vero hoc *seruile* esse ex tono patet, quum ultimam acuerit istud DANZIVS *l. c. §. xvi. l. obs. 1. β. p. 31.* edisserat.

b) Nomina enim sequuntur naturam verborum, teste DANZIO, *gram. ebr. §. xxix. l. p. 66. coll. §. XLVIII. II. 1. p. 133.*

c) Quia respectu habet ad litteram sequentem abiectam, uti DANZIVS *l. c. §. xvii. caut. 2. p. 35. 36.* mouit, coll. *§. vi. obs. 3. p. 12.*

d) Quum enim Schua simplex, quia ab initio est, mobile reputetur, adeoque quam celerrime pronuciari cupiat: Aleph autem, uti omnes gutturales, tardissimae, ob adspirationem, quam designant,

gnant, sit pronunciationis; Schua omnino debet adsumere vocalem, & quidem talem, quae sono suo se adcommodat naturae litterarum, quibus subiacet. Videatur *idem* §. VI. *obs.* 3. p. 12.

## §. XI.

ALTERA primae personae forma est אָנִי, quae itidem ex אָנָה, cui combinandum est participium *Benoni* בְּנֵי, ex radice נָכַח *e*), sic deriuatur, vt abiecto He *prioris* radice *f*), vna cum puncto praeuio *g*), Nun eiusdem radice abiiciatur *h*), in sequenti littera per dagesch forte compensandum *i*), quod tamen excidit denuo *k*). Quo facto, He *posterioris* radice in Jod mutatur *l*), praecedenti Saegol in analogam quietis suae vocalem *m*) immutato.

*e*) Quae significat *halitum oris efflare*, & ideo hoc loco adhibetur, vt naturam huius formae exprimat, & indicet, eam formaliter denotare *obutium, halitum oris loquendo emittentem*, qui hocce halitu aliis praesentibus se sistat sermonem de se habens.

*f*) Causam vide §. X. *b*)

*g*) *Ibidem* *c*)

*h*) Compendii in scriptione causa, maxime, quum littera similis subsequatur.

*i*) Quoniam Ebraei non facile aliquid sine facta compensatione tollunt, teste DANZIO, l. c. §. xvii. *caut.* 3. p. 36.

*k*) Idque praeter necessitatem, qualia vide apud DANZIUM, l. c. §. xx. *obs.* 2. p. 40.

*l*) Quia



l) Quia est vnus cum He naturae, dum vtrumque pertinet ad *quiescibiles*, quorum alternationem mutuam DANZIVS, *l. c. §. III. obs. 2. p. 7.* monstrauit. Causa autem, quare He retineri non potuit, est, quia facile confusionem potuisset introducere cum suffixo tertiae personae, quae vt euitaretur, mutatum est in sibi cognatam. Ceteroquin ex his perspicere facile poteris, Jod *radicale* esse, & non seruale, quod vel ex tono etiam perspicendum est, vtpote quem haec forma, cum accentu maioris distinctionis notata, semper in penultimam locare soleat, quem tamen, propter accentum minoris distinctionis ad vltimam aliquando dimittit, ductu eorum, quae laudatus saepe DANZIVS *l. c. §. XVI. III. β. 2. p. 34.* solidissime more suo notauit.

m) Confer, & rite quoque adplica, quae DANZIVS, *l. c. §. III. obs. 3. p. 7. 8.* scite monuit. Quum autem Chireck paruum pariter & Tserē apta sint, vt Jod in iis quiescere possit, causa, quod Tserē hoc loco non adrideat, est, quia facile confunderetur cum forma plurali masculinorum *constructa*, vnde ad euitandam istam confusionem Chireck paruum placuit.

## §. XII.

E contrario *Chaldaei* primae SINGVLAREM  $\text{נִנְּ}$  ex radice  $\text{נִנְּ}$  n) sic deducunt, vt vel prorsus integram eandem seruent, vel Aleph vltimum in He o) mutare soleant.

n) Radix haec ex radice Ebraeorum  $\text{נִנְּ}$  originem deducit, ita quidem, vt loco He in fine

adhibeatur Aleph, quia cum isto vnus naturae est, & non solum ad idem organon, guttur scilicet, pertinet; sed etiam aequae ac He quiescibilium officio fungitur: quae alternatio in verbis *lamedbe* vocatis, locum maxime inuenire solet apud Chaldaeos, discriminis ab Ebraeorum verbis gratia. Facta autem permutatione ista, kamez sub prima radicali mutant in schua simplex, utpote quod iterum tam differentiae causa ab Ebraeis, quam ad accelerandam prononciationem, non solum sub prima radicali in Peal, sed etiam in nominibus exinde deriuandis, deamare solent maxime, quod tamen, quia sub littera gutturali collocandum foret, itidem ex ratione §. X. d) adducta, mutant in compositum.

o) Ita enim occurrit *Dan. II. 23.* vbi He cum Aleph ex eadem, quam praecedente nota supeditauimus, ratione permutatur.

## §. XIII.

PLVRALIS VERO Ebraeorum אֲנִי ex combinatis inuicem radicibus אָנָה & אָנָה p) sic deducendus est, vt, qualibet earum littera cum schua notata q), prius He r) cum schuate praecedente s) abiiciatur, secundo ex residuis schuaim quatuor in patach t) eleuato. Quo facto He posterius in Vau u) mutatur, quiescens in schureck x), pereunte schuate, quod sub Nun penultimo conspicitur y), & eo, quod sub Aleph est, in compositum z) mutato aa).

p) Quae radix ideo hic adhibetur, vt vices notae pluralitatis praeslet, dum semper plures vno castra

castra sequi constat. Vide supra §. VIII. u) Unde personas arguit, quae aliis praesentibus confessione de semet ipsis occurrunt, ceu easdem partes sustinentes, & eadem conditione in iis, de quibus sermo instituitur, videntes, haud secus, ac milites in castris iisdem, vel etiam alii, quocumque nomine veniant, in eadem turba versantes.

q) In casu enim dubio, quae sint adicienda puncta, schua omnibus subscribi potest litteris, dum hac ratione ex illius, ceu indicis vocalium verarum, analogica mutatione, genuina inuestigari possunt puncta, quae indubitato adscribi possunt ac debent.

r) Vide supra §. X. b)

s) *Ibidem c)*

t) Docente DANZIO *l. c.* §. XXIV. II. *not.* 2. P. 53. Idque hoc loco eam maxime ob causam, vt pronuntiatio sequentis litterae Hheth, tres continens adspiraciones, quae non nisi apertis labiis efferi possunt, promoueatur & faciliatur.

u) Quia Vau cum He eiusdem est naturae, & eodem, litterarum scilicet *quiescibilium*, titulo substat. Causa autem, quare He mutari debeat, in promptu est, quia facile in eas posset cogitationes nos inducere, ac si singularis formandus esset, quum tamen pluralis esse debeat. Quae confusio vt euitaretur, nec cum Aleph ex litteris quiescibilibus permutari potuit, nec cum Jod, quia hac ratione cum suffixo primae personae confundi potuisset facile, sed cum solo Vau, cuius quippe praesentia omnem supprimit confusionem metuendam.

B 4

\* ) Quare

x) Quare in *cholem* non quiescat, causa est, ne confundantur cum suffixo *Cholem*.

y) Causam huius DANZIVS l. c. §. III. obs. 3. p. 7. notavit.

z) Vide supra §. X. d)

aa) In Scriptura Sacra, scilicet *Gen. XLII, 11. Exod. XVI, 7. Num. XXXII, 32. Thren. III, 42.* occurrit forma  $\text{חַלְמֵי}$ , quae in omnibus cum praecedente convenit, nisi quod Aleph per *aphaeresin* auferatur, salvo tamen sensu ordinario, dum istud, ceu lenissimam adspirationem continens, in pronuntiatione facile occultari possit. Semel etiam, & quidem *Jer. XLII, 6.* scribitur  $\text{חַלְמֵי}$ , quod secundum vocales  $\text{חַלְמֵי}$ , iuxta litteras autem  $\text{חַלְמֵי}$ , forma Rabbinis maxime usitata, legendum est.

§. XIV.

APVD *Chaldaeos* PLURALIS primae personae  $\text{חַלְמֵי}$  itidem non tantum earumdem radicum, sub *Chaldaeorum* tamen forma bb) concipiendarum, combinatione; sed etiam eodem prorsus modo, uti apud *Ebraeos*, deriuatur cc)

bb) Ut scilicet loco *Ebraeorum* He in fine utrobique Aleph concipiatur, quod iam supra §. XII. a) adnotauimus.

cc) Quapropter integra hic repetas, quae §. antecedente per singulas fere eius observationes diximus. Ceteroquin probe observandum est, pluralem primae personae praeter formam  $\text{חַלְמֵי}$ , quae usitatissima est, duplicem aliam agnoscere  
insuper

insuper formam, in quarum PRIORI, quae נִחַן est, Aleph prius per *aphaeresin* abiectum est, quae de DANZIVS l. c. S. LV. 3. p. 149. videri potest. In POSTERIORI autem, quae נִחַן est, Aleph ultimum per *apocopen*, & Hheth per *syncopen* abiicitur, utrobique tamen, secundum analogiam consuetam, cum antecedente puncto. Quo facto, Nun, in fine constitutum, figuram accipit finalem, & Schua, quod antea sub Hheth fuerat, & nunc abiecto isto sub prius Nun veniret collocandum, ob tonum sibi incubantem, mutatur in vocalem veram, quae, ut abiectum Hheth, seu littera gutturalis, indicetur, non nisi kamez esse potest, dum pronuntiatio eius, apertis labiis peragenda, non potest non naturae litterae Hheth, triplici quippe adspiratione gaudentis, prae omnibus sese accommodare optime.

## SECTIO II.

DE PRONOMINIBVS SECUNDAE PERSONAE.

## §. XV.

QVOD ad secundam adtinet personam, SINGVLARIS eius apud Ebraeos FEMININI generis נָחַן sic deriuatur ex נִחַן *dd*), ut combinetur ei Tau *ee*), subscripto Schuate singulis *ff*). Quo facto, He abiicitur *gg*) cum puncto praeuio *hh*) & retrahendo schuate in patach *ii*) eleuato, Nun extruditur *kk*) cum subscripto *ll*) schuate suo, per dagesch forte compensandum *mm*), remanente ceteroquin schua sub Tau *nn*) in fine *oo*). Quae omnia etiam in MASCVLINO נִחַן obtinent,

nent, nisi quod, He in fine adiecto *pp*), schua praecedens sub Tau in kamez *qq*) eleuetur.

*dd*) Quare autem secunda ab eadem, qua prima, radice deriuatur, caussa est, quod loquens, vt & praefens inuicem *occurrere* necessum habeant, quando inter eos debeant sermones feri. Nec personarum metuenda est confusio, quum diuersa vtriusque deriuatio & forma alterius ab altera sufficienter prodat differentiam.

*ee*) Vtpote quod character huius personae est, ceu supra §. V. *i*) edifferuimus.

*ff*) Ex eadem, quam §. XIII. *q*) adduximus ratione.

*gg*) *Partim* ex ea, quam §. X. *b*) adlegauimus, caussa: *partim* etiam, quia in medio seruire nescit, & confusionem pareret, si retineretur.

*bb*) Confer supra §. X. *c*)

*ii*) Vt scilicet sonus litterae Aleph promoueat<sup>r</sup>ur magis, & facilitetur.

*kk*) Abiectionis autem huius caussa est, quia sonus, per nares efferendus, qualis foret, si Nun in *NN* retineretur, ingratus valde est Ebraeis, vtpote nitorem pronunciationis deamantibus.

*ll*) Quare autem *subscriptum*, & non praecedens, schua abiiciatur, caussa est, quia indicium litterae abiectae iam per schua subintellectum in littera sequenti dageschata deprehenditur, vt idcirco opus non sit, abiectionem geminata ratione indigitare. Vide sis DANZIVM *edit. larg. p. 148. m*)

*mm*) Vt abiectae litterae Nun seruetur aliquod

indi-

indiciū, adeoque inuestigatio originis primae  
facilitetur. Euoluatur DANZIVS, l. c. §. XVII.  
*hypoth.* III. & *caut.* III. a. p. 35. 36.

nn) Tau enim, propter *exclusum Nun*, deberet  
duplicatum, hūnc scilicet in modum **ṬṬ** com-  
parere, vbi ante litteram vltimam mobilem prae-  
cedit alia mobilis, cui schua subscriptum est, vt  
adeo expressio schuatis in fine ductu DANZII,  
l. c. §. III. *obs.* I. a. p. 7. fieri conspiciatur.

oo) Ceteroquin ratione feminini id notandum  
denique est, occurrere istud etiam i *Reg.* XIV, 2.  
2 *Reg.* IV, 16. 23. VIII. 1. *Jud.* XVII, 2. *Fer.* IV, 30.  
*Ezech.* XXXVI, 13. in tali forma **ṬṬ**, in qua Iod  
adiectum est per *paragogen*, & quiescere deberet  
in Chireck paruum, vt scilicet debilitate soni sui,  
*tum* vocem exiliorem, *tum* naturam inferiorem,  
vtpote in quibus femininus sexus cedit apertissime  
masculino, exprimeret aptissime, insimulque essen-  
tialē pariter & propriam huius generis suppe-  
ditaret notam. Saepius tamen Iod abiicitur, vna  
cum puncto suo praevio, cuius locum, auctore  
DANZIO, l. c. §. III. *obs.* I. p. 7. schua occupat.  
Quamobrem exinde potest conspici, quare Ma-  
sorethae, vbiq̄q̄ue formam **ṬṬ** deprehende-  
runt, Iod istud *otiosum* & *superfluum* reputaue-  
runt, quum sola forma **ṬṬ** ipsis videretur suffici-  
ens sexus feminini iudiciū. Et licet eam, de  
hac forma, sententiam fouerent, *tam* quatenus vt  
pronomē separatū occurrit, *quam* etiam qua-  
tenus adformatiuū praeteriti est, cuius multa  
*Ezech.* XVI. a *versu* 20. vsque ad 59. prostant ex-  
empla, miror tamen, eos eandem formam ali-  
quoties

quoties in ipsa praeteriti persona feminini generis sine vlla animaduersione otiositatis & superflui tolerasse, & praetermisisse, vti, reliqua vt taceam, praeprimis *Jer. II, 20.* in שְׁבַרְתִּי, vt & in נִתְקַיִי, *cap. VI, 10.* in תְּמִיתִי & tandem *Mich. IV, 13.* in וְהִחַרְמִתִּי factum esse patet. Interim obserues velim, hancce formam, quoties suffixum ipsi in verbis iungitur, retinere characterem generis sui, vt adeo VEL Iod cum chireck paruo integrum exhibeat, quale quid *Ier. II, 34.* in מִצְאֵתַי, *Ezech. XVI, 19.* in וְנִתְתִּירוּ, & *vers. 58.* in נִשְׂאֵתַי deprehendere licet: VEL Iod per Syncopen ablato punctum saltem eius, chireck paruum scilicet retineat, ceu ex *1 Sam. XIX, 17.* רַמְיָתַי, nec non *Jer. XV, 10.* יִלְרָחֵנִי, ac tandem *Cantic. IV, 9.* לְבַבְתִּי videre est, de quibus tamen DANZIUS, l. c. S. xxxix. IV. *obs. 2. β. p. 93.* omnino conferatur. Similiter etiam manifestissimum est, Iod istud, tam in suffixo inde deriuato, satis frequenter; quam in futuro ac imperatiuo perpetuo suum tueri locum, & officium, prouti ex iis, quae sequuntur, patebit quam clarissime.

pp) Et quidem per *paragogen.* He enim reuera paragogenicum esse, tonus, in penultima existens, prodit, cuius etiam vocalis breuis, ob accentum dominum, in kamez producta deprehenditur, nisi tonus ad vltimam dimittatur ob accentum ministrum, vel minoris distinctionis dominum, suffragante DANZIO, l. c. xvi. III. *β. 2. p. 34.* Notandum autem est, istud He masculino generi vbiuis adici, quod tamen in *separato pronomine*, *1 Sam. XXIV, 19.* פִּי. VI, 4. *Nebem. IX, 6.*  
Hiob.



*Hiob. I, 10. Eccl. VII, 23.* itemque in *terminationibus adformatiuis & suffixis* plerumque per apocopen abiicitur, vocali nihilominus ad praecedentem litteram manente, ne omne prorsus litterae resectae He intereat indicium, sed utcumque conseruetur. Vide DANZIVM *l. c. §. LV, III, 3. a.* p. 158.

qq) Partim ad pronunciationem litterae sequentis He facilitandam, ut & promouendam: partim autem, quia istud vices notae differentialis genericae praestat, dum masculino generi magis conueniens existimetur, distincte singulas efferre litteras, quam accelerando decurtare, liquidem posterius feminino, utpote impatienti nimis, sexui competit maxime. Confer, quae supra §. VI. m) protulimus.

### §. XVI.

INTER Chaldaeos vero VTRVM QVE genus vna tantum forma  $\text{חַן}$  scilicet, vel  $\text{חָן}$  moris est. exprimere rr), quae ex eodem, ac ebraica, propullulare solet, atque deriuari debet, fonte ss)

rr) Pronomen enim  $\text{חָן}$  apud Chaldaeos ad vtrumque pertinere sexum, notauit DANZIVS, *edit. larg. §. xxxvi. III. (b) p. 310.* Quod si vero aliquando  $\text{חַן}$  pro eo usurpatur, id ex Chaldaeorum more deriuandum est, dum loco dagesch fortis litteram Nun, litterae dageschandae praeponendum, adhibere solent saepius, monente eodem, §. XI. obs. 3. p. 24. Quando autem Dan. II, 29. forma  $\text{חַחָן}$  occurrit, obseruandum est, eam

eam esse mixtam ex ebraica & chaldaica lingua, quum *nun* expressum sapiat Chaldaismum, terminatio vero litteris significata est ebraea, cum He paragogico **נְּנָן** legenda. Confer. *idem*, edit. larg. §. XLII. *obs.* 3. β. p. 395. *not.* (c) coll. §. xxxvi. II. p. 318. *not.* (o).

ss) Quem parographo antecedente suppeditauimus. Vnde, quae ibi diximus prolixè, huc quoque quadrant omnia, ut, denuo adponere, sit actum agere.

## §. XVII.

NEC minus etiam PLURALIS *Ebraicorum* ea ratione formatur, nisi quod in **נְּנָן** masculino **נְּנָן**, & **נְּנָן** feminino ( *tt*) adiiciatur, quae, quum tonum secum habeant (*uu*), schua sub praecedente Tau *xx*) in saegol *yy*) permutari postulant *zz*).

*tt*) Vnde desumptae istae sint, supra §. VIII. *t*) adnotatum nobis fuit.

*uu*) Repraesentant enim integras voces, adeoque tonum sibi poscunt peculiarem.

*xx*) Quia tonum sustinere non potest. Contradicit enim NIHIL sustinere tonum posse.

*yy*) Schua enim istud *primitiuum* est, quod praesente tono in saegol mutari neminem latet. Praetereaque etiam per sonum huius praecise vocalis sonus litterarum Mem & Nun promouetur & facilitatur optime.

*zz*) Quando autem *quater* in pandectis sacris pluralis feminini per formam **נְּנָן** exprimitur, obserues velim, He in fine, praecedente kamez,

para-

*paragogicum* existere, itemque propter tonum, & accentum, penultimam adficientem, saegol, ceu vocalem breuem, in cognatam ttere immutatum esse. Accentum enim in ea syllaba, ubi tonus est, hoc officium exercere, notius est, quam ut opus sit edisserere prolixius.

## §. XVIII.

SIMILITER *Chaldaei* in plurali secundae personae eodem modo procedunt, nisi quod *utrique generi* Nun denuo in fine adiiciatur a), & MASCVLINVM נִנְּנִין per praemissum sibi schureck b); FEMININVM וִנְּנִין per ttere c) praemissum denoteretur d)

a) Ceu nota pluralitatis, uti supra §. IX. z) indicauimus.

b) Vide §. VII. r)

c) *Ibidem* s)

d) Circa utriusque generis pluralem hoc vellem probe notes I) *istum*, si Nun in medio exhibeat, formari more *Chaldaeorum*, de quo §. XVI. rr) egimus. Quod si vero H) *sine* Nun compareat, indicari, *Chaldaeos* hac in re sectari *Ebraeorum indolem*, qui abiectione huius litterae euphoniae promovent, uti ex §. XV. ad kk) constat.

## SECTIO III.

DE PRONOMINIBVS TERTIAE PERSONAE.

## §. XIX

DENIQUE pronomen tertiae personae deriuatur ex radice נִנְּנִין c), ita quidem, ut SINGVLARIS masculini נִנְּנִין ad formam נִנְּנִין

נִנְּנִין

כִּבְרִי f) & feminini נְרִי ad analogiam שְׂרִי  
 g) formetur, & utrobique secunda radicalis  
 Vau b), vna cum puncto praeuio i) abii-  
 ciatur k)

e) Conf. supra §. V. b)

f) DANZ. parad. nom. & verb. p. 8. XXIII.

g) Idem ibid. p. 7. XXI.

b) Quum enim auctore eodem, gram. ebr. §. XLIII. obs. 1. β. p. 115. radix ista sit imperfecta quo-  
 ad duas litteras contiguas, hoc est, immediate se  
 subsequentes, media radicalis Vau ad analogiam  
 verborum quiescentium ain abiicitur, ductu eius-  
 dem l. c. §. XLVII. p. 125.

i) Idem, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35. 36. collatis,  
 quae ipsi nos supra §. X. c) adnotauimus.

k) Quod autem ad formam נְרִי adinet, no-  
 tam maforethicam indicat, quae secundum litte-  
 ras נְרִי, secundum vocalem autem נְרִי legenda  
 est. Quae diuersitas, auctore DANZIO, edit. larg.  
 §. xxxvi. III. (b) p. 320. exinde videtur originem  
 duxisse, quod olim forma נְרִי de utroque sexu  
 masculino pariter & feminino, usurpata fuerit.  
 Vnde sequiori tempore Maforethae, vbi formam  
 istam de sexu sequiori usurpatam deprehendebant,  
 vocalem quidem feminini generis adposuerunt,  
 vt distincte sexus indicaretur, nihil tamen muta-  
 uerunt in litteris, vt variantis lectionis in diuersis,  
 quos consulebant, codicibus seruaretur indicium.

## §. XX.

SED PLVRALIS Ebraeorum MASCVLI-  
 NVS כִּבְרִי radici nominatae Mem, & FE-  
 MINI-



z) Vide supra §. V. b)

u) §. XVIII. a) coll. §. VIII z)

x) §. VII. r) & s)

y) §. XVIII. i)

z) §. XX. n)

aa) Per *epenthesein*, ad euphoniā promouendam. Vid. DANZIUS, l. c. §. LIII. p. 142.

bb) Ad analogiam eius, quod *idem* l. c. §. LIII. II. 2. p. 143. monuit, et eam ob causam fieri conspicitur, ut tertia mora antecedentis syllabae suppleatur.

cc) Oritur autem ex concursu duorum schuaim, quorum alterum sub He, alterum vero sub Nun, utpote quod propter dagesch forte duplicatum deberet comparere, est concipiendum: ex quibus ergo ab initio concurrentibus prius, testante DANZIO l. c. §. XXIII. I. r. p. 49. in chireck mutatur.

dd) Sunt enim naturae & officii respectu *ὁμογενεῖς*, et quod inde sequitur *ἐυμεταβολοί*.

ee) Ceteroquin obseruandum est I) in plurali MASCULINO occurrere etiam formam *יְנִי*, in qua loco Nun conspicitur Mem, aperto indicio, eam ex Ebraica et Chaldaica lingua mixtam esse, quum Mem ex ebraea lingua sit, sed reliqua chaldaica existant, suffragante DANZIO, *edit. larg.* §. XXXVI. III. *not.* (f) p. 319. coll. §. XLII. *obs.* 3. β. *not.* (c) p. 395. in fine, ubi simul monet, idem etiam in suffixis obtinere. II) In plurali FEMININO Iod quiescit modo in Chireck, modo in Ttere, quia utriusque mater lectionis est. Vnde et videri potest, quare adscribi possit, aut omitti, uti supra §. VII. r) monuimus.

OS (\*\*) SO

PARS II.



PARS II.  
ANALYSIS  
SUFFIXORVM  
OMNIVM

TAM  
EBRAICORVM QVAM CHALDAICORVM.

TABVLA SYNOPTICA  
OMNEM PRORSVS  
QVAE SVBSEQVITVR TRACTATIONEM  
SISTENS.

CAP. I.

In analysi *suffixorum* notanda probe sunt

- (I.) PRAECOGNITA, et quidem
  - (a) *Generalia*, intuitu
    - (1) Originis, et
    - (2) Adpositionis, §. XXII.
  - (b) *Specialia*, respectu
    - (a) LITTERARVM, earumque
      - (1) *Omnium* §. XXIII.
      - (2) *Quarundam* §. XXIII.
    - (b) PUNCTORVM, et quidem
      - (a) Vocalium verarum, §. XXV.
      - (b) Schuatis, §. XXVI.
  - (c) NOTARVM ORTHOGRAPHICARVM, & quidem

C 2

1) Da-

- (1) *Dagescb,* &  
 (2) *Mappick,* §. XXVII.

## CAP. II.

## SECTIO I.

## II.) FORMATIO ab etymis, &amp; quidem

## (AA) SINGVLARIVM NOMINVM Suffixorum

(N) *Singularium,* personae

## (a) PRIMAE communis

(a) יְ-

(b) יָ- §. XXVIII.

## (β) SECUNDAE, generis

## (1) Feminini

(a) יָ- §. XXVIII.

(b) יִ- §. XXX.

## (2) Masculini apud

(a) *Ebraeos*

(1) יָ- §. XXXI.

(2) יִ- §. XXXII.

(b) *Chaldaeos,* יָ- §. XXXIII.

## (γ) TERTIAE, generis

(a) *Feminini,* & quidem

## (I.) EBRAICE

(a) יָ- §. XXXIII.

(β) יִ- §. XXXV.

(γ) יִ- §. XXXVI.

## (II.) CHALDAICE

(a) יָ-

(b) נִ- §. XXXVII.

(b) *Masculini,* apuda) *Ebrae-*



- (a) Ebraeos
- (1) יהוה §. XXXVIII.
  - (2) יהוה §. XXXVIII.
  - (3) יהוה §. XXXX.
  - (4) יהוה §. XLI.
- (c) Chaldaeos
- (a) יהוה §. XLII.
  - (b) יהוה §. XLIII.

SECTIO II.

(ב) Pluralium, ratione personae

- (αα) PRIMAE COMMUNIS apud
- (1) Ebraeos, יהוה §. XL III.
  - (2) Chaldaeos, יהוה §. XLV.
- (ββ) SECUNDAE, generis
- (a) Feminini, & quidem
    - (a) Ebraice יהוה §. XLVI.
    - (c) Chaldaice יהוה §. XLVII.
  - (b) Masculini, apud
    - (1) Ebraeos יהוה §. XLVIII.
    - (2) Chaldaeos
      - (a) יהוה §. XLVIII.
      - (b) יהוה §. L.
- (γγ) TERTIAE, generis
- (a) Feminini apud
    - (1) Ebraeos
      - (a) יהוה §. LI.
      - (b) יהוה §. LII.
    - (2) Chaldaeos יהוה §. LIII.
  - (b) Masculini, & quidem

## (α) EBRAICE

(1) אֱלֹהִים §. LIII.

(2) אֱלֹהִי §. LV.

(3) אֱלֹהֵי §. LVI.

## (ε) CHALDAICE

(a) אֱלֹהִי §. LVII.

(b) אֱלֹהֵי §. LVIII.

## CAP. III.

## SECTIO I.

## (BB) PLVRALIVM NOMINVM suffixorum

## (I.) SINGVLARIVM, personæ

(1) Primæ communis אֱלֹהִים §. LVIII.

2) Secundæ, generis

(a) Feminini,

(1) Ebraice אֱלֹהֵי §. LX.

(2) Chaldaice אֱלֹהֵי §. LXI.

(b) Masculini, apud

(a) Ebraeos אֱלֹהֵי §. LXII.

(b) Chaldaeos

(1) אֱלֹהֵי

(2) אֱלֹהֵי §. LXIII.

(3) Tertiae, generis

(a) FEMININI apud

(1) Ebraeos אֱלֹהֵי §. LXIII.

(2) Chaldaeos אֱלֹהֵי §. LXV.

(ε) MASCVLINI

(a) Ebraice אֱלֹהֵי §. LXVI.

(b) Chaldaice אֱלֹהֵי et אֱלֹהֵי §. LXVII.

et LXVIII.

## SECTIO II.

## (II.) PLVRALIVM, personæ

N) PRI-

(N) PRIMAE

(1) Ebraice יְיָ §. LXVIII.

(2) Chaldaice נְיָן §. LXX.

ב) SECVNDAE, generis

(a) Feminini apud

(1) Ebraeos יְיָ

(2) Chaldaeos יְיָ §. LXXI.

(c) Masculini

(a) Ebraice יְיָ

(b) Chaldaice יְיָ §. LXXII.

ג) TERTIAE, generis

(a) Feminini apud

(1) Ebraeos יְיָ

(2) Chaldaeos יְיָ §. LXXIII.

(b) Masculini

(a) Ebraice

(1) יְיָ

(2) יְיָ

(c) Chaldaice יְיָ §. LXXIII.

IOVA IVVA! T. O. T. Q. M.!

PARTIS SECVNDAE

CAP. I.

DE

PRAECOGNITIS IN ANALYSI SVF-

FIXORVM.

§. XXII.

**E**XPEDITIS ergo pronomibus, quum pergendum ad *suffixa* sit, in GENERE notari iuuat I.) recte fundamenta horum separata constituere pronomina personalia a), adeoque

CA

que

que eadem II.) in deductione suffixorum vocibus in integra sua forma adici debere. b).

a) Siquidem sunt terminationes personalium pronominum, vocibus adiectae, ut cum iis in unam coalescant vocem. Vnde etiam modo pronomina coniuncta; modo autem connexa, aut inseparabilia aliquibus audire solent.

b) Idque propterea, quia rationes demonstrari debent, quare ex iisdem quaedam litterae mutantur & abiciantur, quaedam autem retineantur. Nosse autem haecce multum interest, quum satis non sit in nudis eorundem terminationibus adquietescere; sed & earum causae inuestigari debeant, quum id demum adcuratiorem linguae sanctae cognitionem conciliari possit.

### §. XXIII.

DEINDE etiam in SPECIE, & quidem ratione litterarum, earumque OMNIUM, hoc probe obseruandum est, litteram, quae A) in loco ad seruiendum minus apto deprehenditur, abiciendam esse c): nec minus eam, quae B) confusionem pareret, demendam, aut in cognatam immutari oportere d); similiterque litteras C) unius organi e), naturae item & officii f) alternare inuicem facillime g); tandemque D) litteram mere radicalem, sicubi ad seruires reicitur, abiciendam esse penitus h).

c) Ne scilicet natura litterarum infringatur. Ut autem scias, qualis sit cuiuslibet ad seruiendum apta sedes, notes velim, ordinarie אָבֵל ab initio: הַכֵּן ab initio & fine; וְיִרְאֵי autem ubiuis seruire

uire posse. Et licet *extraordinarie* conspiciatur aliquando loci ad seruiendum apti immutatio, ordinario tamen, ceu praefereudo, nihil derogat.

d) Quia lingua ebraea nitorem amat, adeoque omnem confusionem metuendam abhorrere solet.

e) Scilicet *gutturales* אֶתְרָע, *palatinae* גֵּיבֶק, *linguales* רִטְלֶנֶי, *dentales* וְסִצְרֶשׁ ac *labiales* בִּיבֶה, quarum quaelibet in singulis clasibus mutuum inter se habent adfinitatem.

f) Quales sunt non solum *quiescibiles* אֶהוּ, sed & *notae generis* ה־ & ת־, itidemque *bisfonae* בְּגִדְכֶפֶת de quorum alternatione mutua conferre iuuat VIWEGIVM in *hodeget. didact. ling. sanct. mai.* cap. i. §. x. p. 7.

g) Nihil tamen significatui vocum detrahitur, quum natura litterarum conseruetur integra, *sive* adfinitatem pronunciationis, *sive* communes earum adfectus consideres.

h) Seruire enim possunt *nuspian*, adeoque si retinerentur, variam causare possent confusionem.

### §. XXIII.

INTVITV autem QVARVMDAM litterarum notes velim I) τῶ He, quando est in fine, & quiescibilis videri posset, Mappick imprimendum esse i): itemque II) He ex ה־, cui Nun epentheticum praepositur, eici, & in praecedenti littera per dagesch forte compensari k); & denique III) suffixis nominum pluralium singularibus & pluralibus Iod praeponi l).

i) Ne confundatur cum He actu quiescenti; sed potius pro actu mouenda reputetur littera.

C 5

k) Ad

k) Ad analogiam eius, quod DANZ. l. c. §. XXXIX. obs. 4. §. p. 94. obseruauit, idque propterea, quia vocalis subsequens dagesch recipere non potest, & tamen indicium abiecti He vel utrumque sit seruandum.

l) Vt scilicet vices notae pluralitatis praestet. Ducit enim originem ex terminatione nominum plurali masculina  $\text{—}^{\text{—}}$ , vt adeo non possit non pluralitatis index esse manifestus.

### §. XXV.

QVOD autem concernit *puncta*, de VOCALIBVS VERIS hoc notatu dignum est, interdum KAMEZ retrahi ad subsequentem litteram, si nimirum, eo in natia sede permanente, aut sub praecedente littera duae vocales forent m); aut He tertiae personae, finale prius, propter aliam sequentem litteram Mappiek suam abiiciat, et consequenter actu quiescens euaderet n)

m) Id quod abominantur Ebraei, litterae cuiuslibet vnicae tantum adtribuunt vocalem.

n) Debet enim He moueri *ordinarie*, quoniam character tertiae personae est, vt supra §. V. b) notauimus.

### §. XXVI.

CONTRA de SCHVATE probe obseruandum est, illud N) cuiuslibet suffixo, puncto vocali praevio carente, praemitti o): quod tamen 2) tono, eam syllabam, ad quam deiicitur, adficiente, aut Iod sequente, in vocalem veram immutatur p; itidemque 3) voce, cui adfigendum est  
suffi-

*suffixum, in vocalem terminata; aut suffixo ipso ex vocali tantum consistente, iterum abiicitur q)*

o) Dum praecedens littera actu mouenda vocis, cui suffixum adhaeret, illius adessentiam, deficiente scilicet vocali vera, requirit, docente DANZIO l. c. §. III. obs. 1. p. 7. Quod si verbò fieri solet, vt hac ratione concursus schuaim euadat, tunc mutatio prioris schuatis peragenda est secundum analogiam consuetam, quam *idem* l. c. §. XXIV. p. 49. tradidit.

p) *Partim*, quia tonum sustinere nequit; *partim* etiam, quia sequens iod in eodem non potest quiescere. Siue autem mutetur in breuem, siue in longam, perinde est, quum praesente tono vtrumque excusetur. *Ordinarie* tamen eleuatur in ttere: licet & saepius in talem vocalem trans-eat, quae naturae litterae, ad quam refertur, se ad-commodat.

q) Siquidem vna littera duo puncta vocalia habere nescit.

### §. XXVII.

DENIQUE de *notis orthographicis* monendum arbitror, I) *Dagesch forte* pronominum in *schua* mutari r): & II) *Mappick* eiici ex He, quando *vel* vocalem accipit, *vel* deprehenditur in medio s), compensarique aliquando in littera *praecedenti* per *dagesch forte* t)

r) Ne totum plane eius pereat, indicium, neque sit compensatio in litteris.

s) Cessante enim causa, effectum etiam, si *vel maxime* in esse constitutus sit, cessare constat.

t) Ad

t) Ad analogiam eius, quod DANZIVS, l. c. §. xxxix. *obs.* 4. p. 94. adnotavit. Causa autem huius est, quia nullum receptioni dagesch fortis aptum sequitur subiectum. Ne ergo Mappick plane pereat, retrahenda compensatio est ad praecedentem litteram.

## CAP II.

DE

## SVFFIXIS SINGVLARIVM NOMINVM,

ET QVIDEM

## SECTIO I.

DE SINGVLARIBVS SINGVLARIVM NOMINVM SVFFIXIS.

## §. XXVIII.

INTER suffixa *singularium nominum singularia* a) ad personam *primam* COMMVNEM pertinet I)  $\text{נִשְׁׁ}$ , desumptum ex  $\text{נִשְׁ}$ , abiecto Aleph, b) atque Nun c). Nec minus II)  $\text{נִשְׁׁ}$ , ex eodem deriuatum fonte, ita quidem, vt, retento Nun d), adiiciatur aliud e), abiiciendum tamen denuo f), & per dagesch forte compensandum g), schuate praecedenti b) in saegol i) mutato.

a) Quae illius sunt natiuae indolis, vt non solum in se sint singularis numeri; sed etiam nominibus in singulari constitutis adfigantur.

b) Seruit enim non in medio, sed ordinarie tantum ab initio, ceu §. xxiii. c) euictum est.

c) Dum itidem non in medio, sed tantum, & qui-



quidem *ordinarie*, ab initio & fine feruire potest, uti & *ibidem* demonstratum est.

d) *Extraordinarie* autem hoc loco retinetur, *partim* ut discrimen constituatur inter suffixum primae personae nominale & verbale: *partim* etiam, ut Nun epentheticum ipsi communiter superadditum compensari, adeoque & euphoniae consuli possit. Ordinariae autem ad feruendum fedi nihil inde derogari potest, quum, quod fit extra ordinem, non tollat ordinarium. Confer supra §. XXIII. c)

e) Scilicet *epentheticum*, docente DANZIO, l. c. §. LIII. II. p. 143.

f) Quia collimationem litterarum earundem in suffixis omni nisu deuitare student Ebraei.

g) Compendii in scriptione causa. Vide DANZIVM, l. c. §. LIII. obs. I. p. 144.

h) Confer supra §. xxvi. n o).

i) Mutationis ratio supra ad §. XXVI. ☞ p) indicata fuit. Quare autem in saegol praecise transeat, ex concursu schuaim factum est, quorum *alterum* sub vltima vocis, cui adhaeret suffixum, *alterum* vero sub Nun, utpote quod propter dagesch duplicatum scribi oporteret, est concipiendum, ex quibus deinceps prius iuxta DANZII §. xxiv. I. 3. p. 50. coll. §. xvii. *hypoth.* III. p. 17. in saegol mutatur, monente *eodem* edit. larg. §. LIII. II. β. not. (e) p. m. 469.

### §. XXIX.

INTVITV personae *secundae*, & quidem *FEMININI* generis huc refertur A) 𐤀, ortum  
ex

ex  $\text{תָּ}$ , abiecto Aleph *k*) cum subscripto puncto *l*), & Tau in *Caph* mutato *m*), eoque finalem figuram adsumente *n*); retracto in-  
simul in ventrem eius schuate *o*). Quo  
facto dagesch pronominis in schua muta-  
tur *p*); quod tamen iterum praesente to-  
no transit in tsere *q*).

*k*) §. XXVIII. *b*)

*l*) Manente enim patach. & dagesch forti prono-  
minis in schua resoluta, duae sub antecedente litte-  
ra vocales forent, quod tamen Ebraei abominantur.

*m*) Id sine dubio eam ob causam factum est,  
vt suffixa distinctam haberent formam ab adfor-  
matis Ebraearum scilicet  $\text{תָּ}$ ,  $\text{תֵּ}$ ,  $\text{תֶּ}$ ,  
 $\text{תִּ}$ , & Chaldaeorum  $\text{ܬ}$ ,  $\text{ܬܝ}$ ,  $\text{ܬܝܝ}$  insimulque  
confusio litterae significationem augentis cum lit-  
tera variante saltem significationem euitetur. Neque  
est, quod cogites, derogari hac mutatione chara-  
cteri secundae personae: Caph enim idem, quod  
Tau, subire aptum est officium. Quum enim ex  
 $\text{תָּ}$  restrictio, a radice  $\text{תָּרַח}$  restrinxit, detruncetur,  
aeque commode, ac Tau, personam ad ora-  
tionis terminos restrictam, & iuxta oratorem con-  
stitutam, significare poterit.

*n*) Siquidem inter eas conspicitur litteras, quae  
in fine aliam adsumunt figuram, quam habent in  
medio, ceu patet ex DANZIO, *l. c.* §. IV. I. I. p. 8.

*o*) Partim ad lucrandum lineolae spatium: *par-*  
*sim* autem, vt distinguatur genus femininum a  
masculino, utpote in quo Caph finale per inser-  
tum kamez efferendum est.

*p*) Confer, quae supra §. XXVII. I. *r*) edisseruimus.

*q*) Quum

q) Quum enim schua tonum sustinere nequeat, ad analogiam eius, quod §. praecedenti ad i) monuimus, regulariter in saegol mutandum esset: tono vero eam syllabam, in qua est, adficiente, omnino etiam vocalis longa, breui ista analogae locum inuenit, monente DANZIO, l. c. §. VI. obj. 1. p. 12. Confer etiam, quae supra §. XXVI. 2 p) a nobis obseruata sunt.

## §. XXX.

NEC minus B)  $\text{בְּ}$ , quod ex altera femini generis forma  $\text{בִּנְיָן}$  sic deriuatur, vt, abiecto Aleph r), cum subscripto puncto s), pariterque Tau in Caph mutato t), iod u) in chireck paruum quiescat x), insimulque dagefch pronominis resoluatur in schua y), quod tamen denuo in tsere z) transit.

r) §. XXVIII. b)

s) §. XXIX. l)

t) Ibidem m)

u) Paragodicum istud esse, supra §. XV. oo) euicimus.

x) Notum quidem est, litteram Iod vocales tsere, saegol, kamez & chireck paruum motui suo cognatas agnoscere, quippe omnium mater lectionis. KAMEZ autem hic obtinere non potest, partim, quia pareret confusionem cum suffixo singulari nominum pluralium  $\text{ִי}$ , quando scilicet cum accentu, patach in kamez eleuante, adpareret: partim etiam, quia Iod tunc demum in kamez quiescit, quando ipsum denuo sequatur Vau, auctore DANZIO, l. c. §. III. II. 4. p. 6. Nec quoque

TSERE,

TSERE, locum inuenire potest, dum facile confundi posset haec terminatio cum forma status constructi masculina. Tandemque SAEGOL non admittitur, quia iod numquam in fine quiescit in eodem, sed semper in medio vocis. Ut adeo solum *Chireck paruum* relinquatur, cuius origo etiam ex concursu duorum *schuaim* videtur deriuanda, de quo *idem* l. c. §. xxiv. I. i. p. 49. videri potest.

y) §. xxvii. I. r)

z) §. xxix. q)

### §. XXXI.

AD genus autem MASCVLINVM in secunda singulari apud *Ebraeos* refertur I)  $\text{ךָ}$ , desumptum ex pronomine  $\text{אָנִי}$ , abiecto He a) in fine, itidemque Aleph b), cum subscripto patach suo c). Quo facto, Dagesch forte in schua transit d), & Tau residuum in Caph mutatur e), adsumpta figura finali f) insertoque ventri eius kamez subscripto g).

a) Et quidem per *apocopen*, idque ideo, quia nullam plane habet significationem. Confer *supra* §. xv. pp). Causa autem, quare una cum He praecedens kamez non abiicitur, nulla omnino alia est, quam quod *partim* He sit littera quiescens, & in efferendo plane inconspicua, ut adeo perinde sit, retineatur, an vero elidatur, de quo DANZIVS, l. c. §. III. *obs.* 2. p. 7. videri potest: *partim* vt indicium relectae litterae He utcumque conferuetur, prouti ex iis constat, quae supra §. xv. pp) notauimus.

b) Vi-

b) Vide supra §. xxviii. b)

c) §. xxviii. l)

d) §. xxvii. I. r)

e) §. xxviii. m)

f) *Ibidem* n)

g) *Partim* vt confusio vitetur, oritura facile, si kamez sub Caph ad lineam inferiorem detrudetur. *Partim* autem, spatii lucrandi ergo, dum, kamez sub Caph posito, integrum ferme integrae lineae spatium relinqui oporteret vacuum. *Partim* denique ex ea, quam §. xxviii. o) adlegauimus ratione.

### §. XXXII.

SIMILITER II.)  $\text{כָּפֶה}$ , quod ex eodem fonte, & eadem prorsus ratione deriuatur cum immediate praeuio, nisi quod retineatur He b), & natiua Caph compareat figura i).

b) Cuius causam §. xxxi. a) indicauimus.

i) Quia non in fine, sed in medio conspicitur.

### §. XXXIII.

APVD Chaldaeos autem occurrit  $\text{כָּפֶה}$ , deductum ex pronomine  $\text{כָּפֶה}$  k), obseruatis ceteroquin Ebraeorum legibus l) : nisi quod, eiecto Nun m), schua, dagech forte repraesentans n), in kamez eleuetur o).

k) Vtpote quod penes Chaldaeos de vtroque sexu usurpari, supra §. xvi. rr) monuimus.

l) Vnde, quae §. xxviii. ad k) l) m) n) o) & §. xxx. r), itemque s) & t) diximus, huc quoque quadrant omnia.

D

m) Con-



litterae He, cui sonus huius vocalis sese adcommo-  
dat, consulatur. Quum enim apertis labiis sit ef-  
ferendum istud, omnino per kamez, cuius sonus  
labia omnium aperit maxime, pronuntiatio litte-  
rae He, ob duplicem, quam connotat, adspiratio-  
nem, apertis tantum labiis peragendam, promo-  
uetur & facilitatur commodissime.

## §. XXXV.

ITIDEMQUE II.)  $\aleph$ , quod licet aequae ite-  
rum ex  $\aleph$  primario originem deducat,  
tamen commodissime  $x$ ) ex praecedenti  
forma  $\aleph$  deduci potest tali modo, vt, re-  
tracto kamez sub He  $y$ ), insimulque Map-  
pick pereunte  $z$ ), schua praemittendum  $aa$ )  
abeat in saegol  $bb$ ).

$x$ ) Ad euitandas in formatione ambages, vnde,  
quod §. xxxiiii.  $p$ ) pariterque  $q$ ) &  $r$ ) dictum fuit,  
breuitatis studio hic supponitur.

$y$ ) Vide supra §. XXV.  $m$ ) &  $n$ ), quae vt intelli-  
gantur melius, notato, causam, quare kamez re-  
trahatur potius, quam abiiciatur, nullam plane  
aliam esse, quam quod He, ceu tertiae personae  
character, omnino sit mouendum ordinarie. Quod  
si autem kamez abiiceretur, He quiescere deberet  
in saegol praemissum, quod tamen dignitati eius  
repugnaret, & confusionem cum futuris verborum  
*lamed-he* caussaret. Ideo, vt euitetur hoc, kamez  
ponitur sub He, vt ob aperturam labiorum maxi-  
mam, pronuntiationem litterae He, gemina adspi-  
rationem peragendam, promoueat, nec dignitati  
eius quidquam derogetur.

D 2

z) Non

z) Non enim amplius littera He subscripta destituitur vocali, sed eadem gaudet, adeoque motum suum actualem, sine ullo oppositi periculo, commonstrat apertissime. Vide sis §. xxvii. II. s)

aa) §. xxvi. N. o)

bb) Propter tonum, *ibid.* 3. p). Schua autem primitium communissime ob tonum in saegol transit, vt indicium primae originis conseruetur.

### §. XXXVI.

Ac tandem III.)  $\aleph$ , quod aequae praecedens forma breuitatis studio ex suffixo  $\aleph$  deduci potest, quippe cui Nun praemittitur cc), pereunte dein Mappick dd), & in praecedente littera per dagesch forte compensato ee), eleuato iterum schuate praemittendo ff) in saegol gg).

cc) Per *epenthesis*, de qua DANZIUS l. c. §. LIII. II. p. 143. videri potest.

dd) Causa autem, quare Mappick retineri non potest, haec omnino est, dum ob insertum Nun epentheticum tonus seruetur in radicalium vltima. Quod si ergo, hoc supposito, Mappick in He retineretur, adeoque haecce littera pro actu mouenda haberi deberet, quatuor existerent in vltima syllaba, tono & metegh destituta, morae, quod tamen absonum, testante DANZIO, l. c. §. xv. *obs.* 1. p. 29.

ee) Confer. §. xxvii. t). Non est autem, quod fortassis cogites,  $\tau\omega$  He in quietem traducto, derogari tertiae personae characteri: inusitatum enim valde hoc suffixum est, vt idcirco vsitatiore suffigendi formae nihil plane detrahatur. Praeterea-

que



que etiam vel verbis vel nominibus adiunctum reperitur. Si *prius*, verbo ipso, personae characterem prae se ferente, opus praecise non est, ut suffixo iterum repraesentetur. Si vero *posterius*, notum est, quoduis nomen tertiae personae esse, ideoque rursus necessarium haud esse, ut personae character ipsa suffixi forma indicetur denuo.

ff) §. xxvi. n. o)

gg) §. xxxv. bb)

### §. XXXVII.

PENES *Chaldaeos* huc pertinet A)  $\text{נָּ}$ , quod eadem forma apud *Ebraeos* occurrit, & supra deriuatum reperitur *bb*). B)  $\text{נָּ}$ , quod ex iam adducta forma ita deriuatur, vt, adiecto Aleph, praecedente kamez *ii*), Mappick excidat *kk*).

*bb*) Scilicet §. xxxiiii. qui & integer ad formationem suffixi huius chaldaici huc transferri potest, & debet.

*ii*) Ceu noua terminatione Chaldaica feminini generis, qua de DANZIVS, l. c. §. xxxii. 1. *obs.* p. 70. consulendus est.

*kk*) Caussam huius §. xxxv. z) inuenies.

### §. XXXVIII.

RATIONE AUTEM MASCVLINI generis apud *Ebraeos* notandum est I.)  $\text{נָּ}$ , desumptum ex pronomine  $\text{נָּ}$ , utpote in quo, abiecto Aleph II) *cholem* pro *schureck* *mm*) alterare solet *nn*).

II) Nescit enim ordinarie in fine seruire, uti ex §. xxiii. c) constat.

D 3

*mm*) Vau

*mm*) Vau enim vtriusque mater lectionis est, praetereaque etiam vtrobique sonus masculino sexui conueniens exoritur. Conf. §. VII. r)

*nn*) Circellus litterae He impositus notam maforethicam indigitat, subinuitque, He non semper, sed tantum aliquoties *רֶוֹ* cholem adiunctum reperiri.

## §. XXXVIII.

PORRO quoque II.) *וַיִּ*, quod eiusdem est originis, vt & formationis, nisi quod in hoc alternatio non adhibeatur *oo*), & schua praemittendum *pp*) in *tsere qq*) mutetur.

*oo*) Quoniam perinde est, primitiuam retinere vocalem, aut eandem cum cholem permutare, dum vtroque modo euphoniae nihil derogatur, & sonus masculino sexui conueniens exoritur inde.

*pp*) §. XXVI. N. o)

*qq*) Vt tonum sustinere possit. Schua autem etiam reipsa retinetur 1) *cum tertia feminini singularis praeteritorum*, vt ex DANZIO §. XXXVIII. IV. *obs.* 4. p. 94. patet; nec non 2) *cum Nun epenthetico*, ductu eiusdem l. c. §. LIII. II. i. α. pag. 143. Extra hos autem casus in *tsere* eleuatur, toni causa, nisi quod *discriminis ergo* in praeteritis *kamez* adhibeatur *ibidem* §. XXXVIII. IV. p. 91.

## §. XXXX.

PARITERQUE III.) *וַיִּ*, quod itidem ex *וַיִּ* sic deducendum venit, vt, abiecto Aleph *rr*), remanenti *וַיִּ* Nun praemittatur *ss*). Quo facto, He eiecto *tt*), & in praecedenti littera per dagesch forte compensa-

to

to *uu*), schua praemittendum *xx*) eleuatur in saegol *yy*).

*rr*) §. XXXVIII. *ll*)

*ss*) Per *epenthesein*, de qua DANZIUS l. c. §. LIII. *absf. 2. a.* p. 144. videri potest, quemadmodum etiam integra forma  $\text{יְרַחֵם}$  bis occurrit *Deut. XXXII, 10.* non solum in  $\text{יְרַחֵם יְרַחֵם}$  sed etiam in  $\text{יְרַחֵם יְרַחֵם}$ .

*tt*) Per *syncopen*, de qua vide sis *eundem*, l. c. §. LVI. l. 7. p. 153. Confer & infra §. XXXXI. *a*)

*uu*) §. XXIII. *II, k*)

*xx*) §. XXVI. *N. o*)

*yy*) §. XXXV. *bb*)

### §. XXXXI.

DENIQUE III.)  $\text{יְרַחֵם}$ , quod, quatenus suffixum *singulare* est, similiter ex  $\text{יְרַחֵם}$  deducitur sequenti ratione, vt, pereunte Aleph *zz*), pariter & He *a*), remanenti schureck, in cholem commutato *b*), praeponatur Mem *c*), praemittendo ceteroquin schuate *d*) in kamez eleuato *e*).

*zz*) §. XXXVIII. *ll*)

*a*) Quia ordinarie non feruit in medio, per *syncopen* eiicitur, vti §. XXXX. *tt*) monuimus.

*b*) Vide §. XXXVIII. *mm*)

*c*) Per *epenthesein*.

*d*) §. XXVI. *N. o*)

*e*) Non solum ad tonum suslinendum, sed etiam vt praebeat indicium gutturalis eiectae, de quo KIMCHI *Michl. fol. 68. col. 3. init.* conferendus est. Hoc autem de *praeterito* tantum intelligendum est, dum futuro suffigendum, discriminis gra-

ria, *tsere* praemittit. Conf. DANZIVS *l. c. §. XXXVIII. IV. pag. 91.*

## §. XXXXII.

PENES *Chaldaeos* huc refertur A)  $\text{חָ}$ , quod itidem ex  $\text{חָו}$  formatur *f)*, utpote in quo, Aleph *g)* atque Vau cum schureck notato *b)* pereunte, He residuo imprimitur Map-pick *i)*, & praemittendum schua *k)* in *tsere l)* eleuatur.

*f)* Quoniam Chaldaei peculiarem formam pronominis personae tertiae singularis numeri non habent, sed cum Ebraeis consentiunt.

*g)* §. XXXVIII. *ll)*

*b)* Dum facile confundi posset cum suffixo Ebraeorum  $\text{וּ$ . Conf. supra §. XXIII. *B. d)*

*i)* §. XXXIII. *s)*

*k)* §. XXVI. *N. o)*

*l)* §. eodem  $\text{וּ}$ . *p)*

## §. XXXXIII.

INSIMVLQUE B)  $\text{וּ}$ , quod cum antecedente originis intuitu coincidit: in eo tamen discrepat, ut, abiecto Aleph *m)*, Vau in Jod mutetur *n)*, pereunte quidem schureck *o)*, sed in locum eius chireck paruo aduentante *p)*.

*m)* §. XXXVIII. *ll)*

*n)* Quia sunt litterae vnus naturae & officii, & vtraque ad *quiescibiles* pertinet. Conf. §. XXIII. *f)*

*o)* Ceu minus capaci, in quo Iod sequens quiescere posset.

*p)* Motui enim  $\text{וּ}$  Iod cognatum, aptumque ceteroquin est, ut Iod quiescere possit in eodem.

SECTIO

## SECTIO II.

DE PLVRALIBVS SINGVLARIVM NOMINVM  
SVFFIXIS.

## §. XXXXIII.

QVOD autem ad *singularium nominum suffixia pluralia q)* adinet, ratione personae PRIMAE communis apud Ebraeos notandum est suffixum נַן, quod ex נַחַנְּ אוּ נַחַנְּנַן sic deriuari potest, vt abiectis Hheth r), Nun s), & Aleph t) cum punctis suis u), schua praemittendum x) in ttere transeat y).

q) Quae illius sunt naturae, vt, licet in se considerata sint pluralis numeri, nominibus tamen in singulari constitutis adhaereant.

r) Est enim littera semper *radicalis*, quae si retineretur, facile confusionem pareret, ad quam vitandam merito abiicitur, vti ex §. xxiii. b) patet.

s) Supra §. xxviii. c)

t) *Ibidem b)*

u) DANZIVS §. xvii. *caut.* 2. p. 35.

x) §. xxvi. N. d).

y) §. xxix. q) coll. §. xxvi. ב) p). Hoc autem locum tantummodo inuenit in omnibus, *extra praeteritum*, temporibus, vtpote in quo in *kamez* eleuatur, folius discriminis gratia. Conf. DANZIVS l. c. § xxxix. IV. p. 91.

## §. XXXXV.

CHALDAEOS apud vsitatum est suffixum נַן, quod ex נַחַנְּנַן vel נַחַנְּנַן originem deducit, obseruatis itidem omnibus de abie-

D 5

ctione

atione litterarum & punctorum, quae apud Ebraeos obtinere demonstrauius z), nisi quod schua praemittendum aa) mutetur bb) in kamez cc).

z) §. XLIV. r) & s) pariterque ibidem t) & u)  
aa) §. XXVI. N. o).

bb) *Ibidem* 3. p).

cc) Idque ideo, vt indicium abiectae gutturalis Hheth utcumque feruetur.

### §. XXXXVI.

AD personam autem SECUNDAM *femini* generis refertur EBRAICE  $\text{יְהוּדָה}$ , ex  $\text{יְהוּדָה}$ , ita quidem, vt Aleph pereunte dd) vna cum subscripto patach suo ee), Tau in Caph mutetur ff), & dagesch forte in schua resolutum gg), eidem praemittatur bb).

dd) §. XXVIII. b)

ee) Vide §. XXVIII. l)

ff) Confer omnino §. XXVIII. m).

gg) §. XXVII. l. r).

bb) §. XXVI. N. o).

### §. XXXXVII.

CONTRA ea CHALDAICE  $\text{יְהוּדָה}$ , ex  $\text{יְהוּדָה}$ , huc pertinet, obseruatis itidem, quae de ebraico huius generis suffixo monuimus ii), nisi quod Iod aut adesse aut abesse possit kk) sine vlllo significationis detrimento.

ii) §. XLVI. per integras eius notas.

kk) Quum enim, ceu littera quiescens, inter pronunciandum non audiatur, periinde omnino est, adsit

adfit vel absit, quale quid & supra de littera cognata He §. XXXI. a) obseruauimus.

## §. XXXXVIII.

RATIONE autem masculini generis Ebraice notandum est  $\text{מְדַבְּרִים}$ , desumptum ex  $\text{מְדַבֵּר}$ , ita quidem vt in deductione eius obseruentur quoque omnia, quae in feminini generis suffixo adducta fuere *ll*).

*ll*) Vnde totum §. XLVI. huc transfer, & ad praefens suffixum adplica.

## §. XXXXVIII.

CHALDAICE occurrit A)  $\text{מְדַבְּרִים}$ , deriuatum ex  $\text{מְדַבֵּר}$ , & quidem ita, vt abiecto Aleph *mm*), vna cum patach suo *nn*), & mutato Tau in Caph *oo*), cholem pro schureck alternet *pp*), & dagesch forte in schua mutatum *qq*) praemittatur *rr*)

*mm*) §. XXVIII. b)

*nn*) §. XXIX. l)

*oo*) §. XXIX. m)

*pp*) §. XXXVIII. *mm*) coll. §. XXXIX. *oo*)

*qq*) §. XXVII. I. r)

*rr*) §. XXVI. N. o)

## §. L.

NEC minus B)  $\text{מְדַבְּרִים}$ , quod in omnibus cum antecedente convenit, nisi quod in fine Mem pro Nun exhibeat *ss*)

*ss*) Est enim forma mixta ex ebraica & chaldaica lingua, quum Mem ebraicam, & reliqua chaldaicam spirent apertissime, notante DANZIO, *edit. larg.* §. XLII. *obs.* 3. β. p. m. 395. *not.* (c)

## §. LI.

## §. LI.

DENIQUE ratione personae TERTIAE & quidem *feminini* generis apud *Ebraeos* vsitatum est suffixum I)  $\text{ֿ}$ , ex plurali  $\text{ֿֿ}$  deductum, ita scilicet, vt, abiecto He *tt*) *tsere* in *kamez uu*) abeat. *xx*).

*tt*) Non enim *ordinarie* feruit in medio, vti ex §. XXIII. A. c) constat.

*uu*) Quod fieri solet ad gutturalem He abiectam, ceu tertiae personae characterem, indicandam, cuius quippe sonus ipso vocalis huius sono perficitur, & sic vel utcumque indicium eius conseruatur.

*xx*) Id quod tamen tantum in *praeterito* & *infinitiuo* fieri solet, dum in *futuro* & *imperatiuo* *tsere*, discriminis causa, retineatur. Vid. DANZIVS l. & §. XXXIX. IV. p. 91.

## §. LII.

PRAETEREAQUE II)  $\text{ֿֿֿ}$ , quod iterum ex  $\text{ֿֿ}$  sequenti ratione deducitur, vt, praemisso schuata *yy*), pro *tsere* sub He adhibeatur saegol *zz*).

*yy*) §. XXVI. N. o)

*zz*) Causa autem permutationis huius ea imprimis est, quoniam suffixum hoc, si nomini aut verbo adhaerescat, desinit esse vox *monosyllabica*, qualis tamen vox eius primitiua  $\text{ֿֿ}$  fuerat, vt supra §. XX. *t*) obseruauimus. Conferatur praeterea DANZIVS, *edit. larg.* §. XXXIX. III. *obs.* 2. *not.* (p) p. m. 337.

## §. LIII.



## §. LIII.

APVD *Chaldaeos* vero frequens est suffixum  $\text{ן}$ , quod ex pronomine  $\text{אני}$  deduci potest tali ratione, vt resecto Nun *a*), & Iod *b*), cum puncto praeuio *c*), residuum deinceps Nun finalem adsumat figuram *d*) excidente dageſch forti *e*), & chireck paruo praecedente in tſere *f*) eoque iterum in ſaegol *g*) cummutato, alternante ceteroquin He pro Aleph *b*), & ſchuate praemiſſo *i*).

*a*) Licet enim in fine ſeruire poſſet, ad euitandam tamen litterarum earumdem collimationem; a qua Ebraei in ſuffixis abſtinent, abiicitur. Nec ſane eſt, quod cogites, Iod intercedere, & collimationem impedire: praeterea enim, quod Iod, ceu littera quieſcibilis, adelle poſſit & abeſſe, occurrat quoque hoc pronomen ſaepius abiecto Iod, vti ex mutata eius forma  $\text{ן}$  videri poſſet.

*b*) Poſſet quidem & hoc in fine ſeruire, ſed quia abiecto Nun ſequenti facile confuſionem parere poſſet cum ſuffixo ſingulari primae perſonae, abiicitur. Vid. §. xxiii. B. *d*)

*c*) DANZ. l. c. §. xvii. *caut.* 2. p. 35. 36.

*d*) Non enim amplius, vt antea, in medio conſpicitur, vt idcirco cauſſa pereunte effectum vtique ceſſare oporteat.

*e*) Voce enim in fine non creſcente **VEL** dageſch ex vltima vocis littera, vtpote ſchuate, rurfus excidit, auctore DANZIO, l. c. §. xi. II. *obſ.* 1. p. 24. **VEL** ſi ſeruaretur, vim ſuam non exſereret, ob defectum ſcilicet vocalis. **Vnde** ceu otioſum eiicitur penitus.

*f*) **Ceu**

f) Ceu vocali sibi cognata, non quidem ratione *soni*; tamen ratione *compositionis*. Tſere enim ex duobus chireck paruis compositum eſſe, adeoque recte analogam  $\text{רֶשֶׁ}$  chireck parui vocitari poſſe, colligitur exinde, quoniam *tſere* in ſyllaba composita, tono deſtituta, vbi in cognatam breuem commutandum eſt, in chireck paruum tranſeat: ſimiliterque *chireck paruum*, excidente dageſch forti ex litteris gutturalibus & Reſch, vbi compenſationis gratia in cognatam longam eleuari debet, itidem in *tſere* eleuetur. De quibus omnibus videri poteſt DANZIVS, *l. c.* §. XVIII. I. 2. p. 38. *coll.* §. xx. 2. p. 40.

g) Alternare eas vocales inter ſe ſaepiſſime *idem* auctor eſt *l. c.* §. XXVI. V. p. 59.

b) §. XXI. dd) *coll.* §. XXIII. C. e) f) g)

i) §. XXVI. N. e)

§. LIII.

QVOD *maſculinum* genus concernit, *Ebraice* adhibetur I.)  $\text{קָמַר}$ , ex  $\text{קָמַר}$  deſumtum, dum, pereunte He k), *tſere* in *kamez* abeat l).

k) Vide §. LI. ii)

l) *Ibidem* uu). Hoc autem tantummodo fit in *praeterito* & *infinitiuo*. Futuro enim & imperatiuo ſi adſigatur, *tſere* retinet, *discriminis* gratia. Conf. DANZIVS *l. c.* §. XXXVIII. IV. p. 91.

§. LV.

ITIDEMQUE II.)  $\text{קָמַר}$ , quod ex eodem cum antecedente fonte prouenit, ita tamen, vt, praemiſſo ſchuate m), *tſere* tranſeat in ſae-gol n).

m) §.

m) §. XXVI. N. o)

n) §. LII. zz)

§. LVI.

ET tandem III.) וְדָ, quod, in quantum plurale est, iterum ex דָּ descendit, vt scilicet, abiecto He o), accedat in fine Vau p), & Mem medianam figuram adsumente q), schua praemittendum r) in kamez eleuetur s).

o) §. LI. tt)

p) Per *paragogen* scilicet, vti bene DANZIUS, edit. larg. §. XXXVIII. not. (l) p. m. 327. seq. obseruauit.

q) Locum enim finalem commutauit cum mediano, vnde & figura eius respondere debet qualitati sedis suae.

r) §. XXVI. N. o)

s) §. LI. uu)

§. LVII.

INTER Chaldaeos vsurpatur A) וְדָ, deductum ex וְדָ, vt nimirum, eiecto Nun t), cum puncto praeuio u), residuum dagefch forte mutetur in schua x), praecedenti He, cum Aleph alternanti y), non subscribendum z), sed praemittendum aa), cholem ceteroquin pro schureck alternante bb).

t) §. XXVIII. c)

u) Ad diphthongum euitandam. Confer. supra §. x. c)

x) §. XXVII. I. r).

y) §. XXI. dd)

z) Peculiarem enim iam habet He vocalem,

& ſi

& si schua subscriberetur, duo sub eodem occurrerent puncta vocalia, quod tamen insolens Ebraeis non solum, sed & Chaldaeis est.

aa) Vt indicium abiecti dageſch fortis utcumque ſeruari poſſit.

bb) §. xxxviii. mm) coll. §. xxxix. oo)

§. LVIII.

NEC minus B) □□□□, quod eiusdem cum praecedente originis & formationis eſt, niſi quod Mem pro Nun exhibeat cc).

cc) Vide ſupra §. L. ſſ)

CAP III.

DE

SVFFIXIS PLVRALIVM NOMINVM.

ET QVIDEM

SECTIO I.

DE SINGVLARIBVS PLVRALIVM NOMINVM SVFFIXIS.

§. LVIII.

SED pergimus ad *pluralium nominum suffixa singularia* a) quae commodissime ex nominum singularium suffixis singularibus b) formari poſſunt c), vbi ad *primam* COMMVNEM pertinet ſuffixum '־, ab '־ d), in eo tantum recedens, vt loco chireck parui adhibeatur patach e).

a) Quae, licet in ſe ſint ſingularis numeri, nominibus tamen in plurali conſtitutis adiciuntur.

b) Vtpote quae ſuperius; a §. xxviii. vsque ad §. xliii. incl. pertractauimus.

c) Vt

c) Vt scilicet ambages eitemus, nec opus sit, vt crambem bis coctam adponamus denuo. Idcirco etiam formationem integram hic loci supponemus, ea saltem monituri, quae superius adduci non potuerunt, & in quibus ab ipsis differunt sequentia, quum in reliquis conspirant inter se vtrisque.

d) §. xxviii.

e) Differentiae enim gratia Iod in plurali accipit vocalem *heterogeneam*, ne scilicet singularis cum plurali, & vice versa, confundatur.

§. LX.

INTVITV VERO *secundae* personae, & quidem generis FEMININI *Ebraice* notandum est  $\text{ךִּי}$ , quod ex  $\text{ךִּי}$  f) sic deriuatur, vt, praemisso Iod g), & subscripto tsere in cognatum chireck paruum commutato b), schua praemitendum i) in patach eleuetur k).

f) §. xxix.

g) Pluralitatis quippe nota, vti supra §. xxiv. l) monuimus.

b) Quum enim tonus non amplius sit in vltima; & accedente Iod legendum esset  $\text{ךִּי}$ , omnino forent in syllaba composita, tono & metegha destituta, quatuor morae, quod principio primo *gram. Danz. §. vi. obs. 2. p. 12.* repugnaret maxime. Vt ergo in saluo istud retineatur, tsere in cognatum chireck paruum, ductu *eiusdem* §. xviii. I. i. p. 38. mutatur. Hasce autem vocales inter se cognatas esse reuera, §. LIII. f) demonstratum iuimus.

i) §. xxvi. N. o).

E

k) Ob

k) Ob tonum ipsi incubantem, §. xxvi. 2. p).

§. LXI.

CHALDAICE frequens est יִדְּ-, quod ex ebraico יִדְּ- l) formari potest, ita quidem, vt praemisso Iod m) tſere mutetur in schuan), & schua praemittendum ordinarie o) in par-tach p) transeat.

l) Diuersam enim ab Ebraeis formam in singulari feminini generis non habent Chaldaei in pronomibus, vnde & in suffixo singulari nominum singularium cum iisdem conspirant: vt adeo praesens, quod sub manibus est, suffixum Chaldaeorum ex adducta forma Ebraeorum originem omnino deducere possit. Ceteroquin autem quadrant etiam huc, quae §. xxx. coll. §. xxix. dicta fuere prolixius.

m) Confer §. LX. g)

n) Tonus enim ipsi non amplius incubat, sed vi יִדְּ Iod paragogici, quod in fine cernitur, respectu *nominum* in sede pristina relinquitur: intuitu autem *verborum* ad vltimam dimittitur. Vnde, manente tſere, vtroque in casu tonus foret in antepenultima, quod tamen apud Ebraeos Chaldaeosque perabsurdum reputatur. Idcirco tſere transit in schua, vt contrahantur syllabae, & tonus competentem sibi, quae hoc loco est penultima, occupare possit sedem. Quare autem potius in schua mutetur, quam abiiciatur, caussa est, quod Iod non constitutum deprehendatur post vocalem, quieti suae conuenientem, vt ex DANZIO, l. c. §. III. 4. p. 6. constat apertissime.

o) §. xxvi. N o)

p) §. LX. k)

§. LXII.

## §. LXII.

MASCVLINI generis intuitu apud *Ebraeos* huc pertinere solet  $\text{קָוֶה}$ , ex  $\text{קָוֶה}$  q) sic deducendum, vt, praemisso Iod r), schua praemittendum s) in saegol t) mutetur, schuate, quod sub Iod est, sublato penitus u).

q) Cuius formationem supra §. xxxi. suppedi-  
tauimus, quae etiam hoc loco probe adtendenda est.

r) §. lx. g).

s) §. xxvi. N. o).

t) §. xxxv. bb).

u) Quiescibiles enim toties schua respuunt, quo-  
ties, praecedente vocali sibi cognata in eadem com-  
mode quiescere possunt, & quidem ex ea ratione,  
quia sonus eorum iam dum in praecedente vocali  
latitat. Conf. DANZIUS, l. c. §. III. *obs.* 1.  $\beta$ . *coll. obs.*

3. p. 7.

## §. LXIII.

CHALDAICE autem vsurpatur I,  $\text{קָוֶה}$ , & II)  $\text{קָוֶה}$ , vtrumque deriuatum ex  $\text{קָוֶה}$  x), ita scili-  
cet, vt, praemisso Iod y), schua praemitten-  
dum z) in kamez aa) eleuetur, quod modo  
retinetur, modo cum patach permutatur bb),  
posteriori kamez, quod sub Iod est, sublato cc).

x) Quod supra formatum est §. xxxiii.

y) §. lx. g).

z) §. xxvi. N. o).

aa) Ad sustinendum tonum, §. xxvi. 3 p).

bb) Neutro enim modo praeceptum primum  
infringitur.

cc) DANZIUS, l. c. §. III. *obs.* 3. p. 7.

E 2

§. LXIII.

## §. LXIII.

RATIONE *tertia*e personae FEMININI generis apud *Ebraeos* conspicuum est  $\text{קָטָן}$ , quod ex  $\text{קָטָן}$  *dd*) sic deducitur, vt praemittatur Iod *ee*), & praemittendo schuate *ff*) in saegol mutato *gg*), saegol sub Iod tollatur *hh*).

*dd*) Formationem huius §. xxxv. tradidimus.

*ee*) §. LX. *g*)

*ff*) §. xxvi. *N. 'o*)

*gg*) *ibidem*  $\text{קָטָן}$  *p*)

*hh*) DANZIVS l. c. §. III. obs. 3. p. 7. collato *supra* §. LXII. *u*)

## §. LXV.

QVOD vero ad *Chaldaeos* adinet, vsurpant isti  $\text{קָטָן}$ , quod ex  $\text{קָטָן}$  *ii*) sic deducit originem, vt schua praemittendum *kk*) in kamez *ll*) abeat.

*ii*) Vide *supra* §. xxxvii.

*kk*) §. xxvi. *N. o*).

*ll*) §. xxvi.  $\text{קָטָן}$  *o*). Quod autem praecise in kamez eleuatur, caussa est, quod se adcommodet litterae sequenti gutturali, quale quid etiam in aliis DANZIVS *edit. larg.* §. vi. obs. 3. not. (e) p. m. 62. & *imprimis*, p. 63. scite obseruauit.

## §. LXVI.

AD genus MASCVLINVM *Ebraice* spectat  $\text{קָטָן}$ , quod ex suffixo  $\text{קָטָן}$  *mm*) sequenti ratione deriuatur, vt, eidem Iod praeposito *nn*), eoque in kamez quiescente *oo*), cholem pereat *pp*).

*mm*) *supra* §. xxxviii.

*nn*) §. LX. *g*)

*oo*) Vt



oo) Vt distincte cognosci queat, an nomini, an vero verbo adhaereat. NOMINI enim si adponitur, retinet kamez in tabula suffixorum eidem adscriptum. VERBO autem in vocalem terminato, kamez plane tollitur, & verbi tantum vocalis retinetur, cuius causam DANZIUS, *edit. larg. §. xxxix. IV. obs. 3. not. (d)* p. m. 345. solidissime demonstrat.

pp) Manente enim Cholem *partim* confusio oriretur inter hoc, & inter singularium nominum suffixum singulare eiusdem generis; *partim* autem, Iod sequens non posset quiescere, sed ad cholem referendum foret, ne syllaba a vocali inciperet, quum tamen, inter Vau & kamez constitutum, quiescere omnino debeat, monente DANZIO, *l. c. §. III. II. 4. p. 6.*

## §. LXVII.

PENES Chaldaeos autem refertur huc I) ך׳, quod ex ך׳ qq) ita deducitur, vt Cholem praemittatur rr) eidem.

qq) Conf. §. XLIII.

rr) Discriminis causa, nec cum suffixo singularium nominum eiusdem generis, adducto ך׳, scilicet, confundatur.

## §. LXVIII.

SIMILITERQUE II) ך׳, quod ex eodem cum antecedente fonte prouenit, ita quidem, vt, eiecto He ss), subscriptum Chireck paruum pereat tt).

ss) Per *Syncopen*, cuius fundamentum est, quia *ordinarie* non seruit in medio, vt ex §. xxiii. c) constat.

E 3

tt) Ma-

tt) Manente enim isto, duae forent in eadem syllaba vocales, quod tamen Ebraeis & Chaldaeis inusitatum prorsus est: Vnde necessario vna ex his abiicienda erat. Cholem autem ideo non potuit abiici, quia *partim* vices notae differentialis sustinet, vt §. LXVII. rr) ostendimus: *partim*, quia pereunte isto, suffixum hoc confunderetur cum suffixo singulari primae personae singularium nominum. Idcirco chireck paruum tangit ordo in abiectione: quo pereunte, Iod non amplius, vt antea, est quiescens, quia non praecedit vocalis motui suo cognata; sed euadit littera actu mouenda, peculiari in pronunciando mora gaudens, vt ex supputatione morarum facile perspici poterit.

## SECTIO II.

## DE PLVRALIBVS PLVRALIVM NOMINVM SVFFIXIS.

## §. LXVIII.

PLVRALIVM nominum *suffixa pluralia*, a) quod concernit, ratione PRIMAE personae communis EBRAICE huc pertinet יָדָי, quod cum יָדָי b) originis & formationis intuitu coincidit, nisi quod, praemisso Iod c), praemittendum schua d) in ttere transeat e), posteriori, quod sub Iod est, extruso penitus f).

a) Quorum indoles nativa sic comparata est, vt non solum in se sint pluralis numeri, sed & nominibus in plurali constitutis adfigantur. Ad euitandas autem in formatione ambages, commode

mode ex singularium nominum suffixis pluralibus deriuari possunt.

b) Vide supra §. XLIV.

c) §. LX. g)

d) §. XXVI. N. o).

e) *Ibid.* 2. p). Quod autem praecise in tere sit eleuatum, id vnice ad tertiam temporis moram supplendam factum esse patet.

f) DANZIUS, *h. c.* §. III. *obs.* 3. p. 7.

§. LXX.

CHALDAICE נָגַדִּים - huc refertur, ex נָגַדִּי g) sic deducendum, vt obseruentur omnia, quae de antecedente forma b) adnotauimus.

g) Confer §. XLV.

b) Scilicet §. LXIX. & quide: a ad c), pariter- que d), itidemque e) & f).

§. LXXI.

RATIONE autem SECUNDAE personae generis *feminini* EBRAICE יָדָה - ex יָדָה i); & CHALDAICE יָדָה - ex יָדָה k) sic deriuatur, vt & huc sint adplicanda, quae supra l) obseruauimus.

i) §. XLVI.

k) §. XLVII.

l) §. LXIX. c) vsque ad f)

§. LXXII.

CONTRA ea *masculini* generis intuitu EBRAICE יָדָה - ex יָדָה m); & CHALDAICE יָדָה - ex יָדָה n) exoritur, obseruatis o) denuo hic obseruandis.

E 4

m) §. XLVIII.

m) §. XLVIII.

n) §. XLIX.

o) §. LXX. b)

## §. LXXIII.

QVOD ad TERTIAM tandem personam, & quidem huius FEMININVM genus adinet, *Ebraice*  $\text{יְהִי} - \text{ex } \text{יְהִי} - p)$ ; & *Chaldaice*  $\text{יְהִי} - \text{ex } \text{יְהִי} - q)$ , eodem profus. modo r) deriuatur, nisi quod chaldaice pro saegol sub He alternet ttere s).

p) §. LII.

q) §. LIII.

r) §. LXX. b)

s) Vt distinctam ab Ebraeorum suffixo huius generis exhibeant formam. De alternatione autem harum vocalium inter se, pluribus DANZIVS, l.c. §. xxvi. V. p. 59. conferri potest.

## §. LXXIII.

MASCVLINI autem generis respectu EBRAICE I)  $\text{יְהִי} - \text{ex } \text{יְהִי} - t)$ , & II)  $\text{יְהִי} - \text{ex } \text{יְהִי} - u)$ : CHALDAICE vero  $\text{יְהִי} - \text{ex } \text{יְהִי} - x)$  adducta saepius ratione y) deducitur.

t) §. LV.

u) §. LVI.

x) §. LVII.

y) §. LXX. (b)

DS (\* \*) SD



PARS III.  
ANALYSIS  
**ADFORMATIVO-**  
**RVM OMNIVM**  
EBRAICORVM AEQVE AC CHALDAICORVM.

TABVLA SYNOPTICA  
ADFORMATIVORVM OMNIVM.

CAP. I.

Ad *adformatiua* pertinent respectu

- (I.) NOMINVM, notae
  - (a) *Generis*, quales sunt
    - (1)  $\aleph$  §. LXXV.
    - (2)  $\aleph$  §. LXXVI.
  - (b) *Numeri*, & quidem
    - (a) PLVRALIS, generis
      - (a) *Masculini*, apud
        - (1) Ebraeos  $\aleph$  §. LXXVII.
        - (2) Chaldaeos  $\aleph$  §. LXXVIII.
      - (b) *Feminini*
        - (a) Ebraice  $\aleph$  §. LXXVIII.
        - (b) Chaldaice  $\aleph$  §. LXXX.
    - (b) DVVALIS, & quidem apud
      - (1) Ebraeos  $\aleph$
      - (2) Chaldaeos  $\aleph$  §. LXXXI.

E 5

CAP.

## CAP. II.

## SECTIO I.

## MEMBRVM I.

II.) VERBORVM, *terminationes eorum*, & quidem respectu

## (N) PRAETERITI, eiusque

(I.) *Singularis*, personae(a) TERTIAE generis *feminini*(a) Ebraice  $\text{תָּ}$  §. LXXXII.(b) Chaldaice  $\text{תָּ}$  §. LXXXIII.

## (B) SECUNDAE, generis

(1) *Masculini* apud(a) Ebraeos  $\text{תָּ}$  §. LXXXIII.(b) Chaldaeos  $\text{תָּ}$  §. LXXXV.(2) *Feminini*(a) Ebraice  $\text{תָּ}$ (b) Chaldaice  $\text{תָּ}$  §. LXXXVI.

## (Y) PRIMAE COMMVNIS apud

(1) Ebraeos  $\text{תָּ}$  §. LXXXVII.(2) Chaldaeos  $\text{תָּ}$  §. LXXXVIII.

## MEMBR. II.

## II.) PLVRALIS, personae

## (1) TERTIAE apud

(1) Ebraeos communis  $\text{תָּ}$  §. LXXXIX.

(2) Chaldaeos vero generis

(a) MASCVLINI  $\text{תָּ}$  §. XC.(b) FEMININI  $\text{תָּ}$  §. XCI.

## (2) SECUNDAE generis

(a) *Masculini*(1) Ebraice  $\text{תָּ}$  §. XCII.(2) Chaldaice  $\text{תָּ}$  §. XCIII.(b) *Feminini* apud

(a) Ebraeos

{ $\alpha$ ) Ebraeos  $\text{אִי}^-$  §. XCIII.

{ $\epsilon$ ) Chaldaeos  $\text{אֲר}^-$  §. XCV.

{3) PRIMAE COMMVNIS

{1) Ebraice  $\text{אִי}^-$  §. XCVI.

{2) Chaldaice  $\text{אֲר}^-$  §. XCVII.

SECTIO II.

MEMBRVM I.

{3) FVTVRI ET IMPERATIVI, eorumque

{1.) *Singularis* perf. secund. fem. gen. apud

{a) Ebraeos  $\text{אִי}^-$  §. XCVIII.

{b) Chaldaeos  $\text{אֲר}^-$  &  $\text{אֲר}^-$  §. XCVIII. & c.

MEMBR. II.

{II.) *Pluralis* personae

{a) TERTIAE generis

{1) *Masculini*

{a) Ebraice  $\text{אִי}^-$  §. CI.

{b) Chaldaice  $\text{אֲר}^-$  §. CII.

{2) *Feminini* apud

{1) Ebraeos  $\text{אִי}^-$  §. CIII.

{2) Chaldaeos  $\text{אֲר}^-$  §. CIII.

{ $\epsilon$ ) SECUNDAE generis

{1) *Masculini* apud

{a) Ebraeos  $\text{אִי}^-$  §. CV.

{ $\epsilon$ ) Chaldaeos  $\text{אֲר}^-$  §. CVI.

{2) *Feminini*

{a) Ebraice  $\text{אִי}^-$  §. CVII.

{b) Chaldaice  $\text{אֲר}^-$  §. CVIII.

IOVA IVVA! T. O. T. Q. M.!

## PARTIS TERTIAE

## CAP. I.

DE

## ADFORMATIVIS NOMINVM.

## §. LXXV.

**A**D *adformativa* a) in I) NOMINIBVS referuntur vulgo A) *notae generis*, & inter eas a) הַ, desumptum ex pronomine הַ, ita quidem, vt, abiecto Aleph b), & Iod c), vna cum puncto praeuio d), He residuum per kamez efferatur e)

a) Horum autem nomine veniunt vna, aut plures litterae, quae *essentialiter* in fine seruiunt, *hoc est*, ita adduntur radicalibus, vt ad *essentiam* vocis pertineant, adeoque in versione latina peculiari voce non exprimuntur, dum *significationem* vocis, cui adiaciuntur, vel variant, vel formam saltim mutant, vt ex istis, quae DANZIVS, l. c. §. V. *obs.* 2. & 3. p. 10. adduxit, constat.

b) Ordinarie enim non seruit in fine, vt supra §. XXIII. A. c) docuimus.

c) Ad confusionem cum suffixo primae personae euitandam. Conf. supra §. XXIII. B. d).

d) Rationem vide §. X. c).

e) Vt pronuntiatio litterae He promoueatur, & faciliatur.

## §. LXXVI.



NEC minus etiam β) הַ, quod ex eadem prouenit cum antecedente scaturigine, & eodem



eodem quoque prorsus modo deriuatur, nisi quod He in Tau *f*) transire solet.

*f*) Sunt enim litterae vnus officii, quarum alternationem mutuam supra §. xxiii. C. *f*) indicauimus.

### §. LXXVII.

PERTINENT huc etiam B) *notae numeri*, & quidem *aa*) PLURALIS, generis MASCVLINI apud *Ebraeos* , quod ex pronomine tertiae personae  *g*) deducitur sequenti ratione, vt mutato He in Iod *b*) praecedens punctum *i*) in chireck paruum commutetur *k*), *tsere*, quod sub Iod est, penitus sublato *l*).

*g*) Videatur DANZIVS, *edit. larg. cap. III. §. xxxiii. I. a. p. 295. not. (u)*.

*b*) Quia vtrumque ad quiescibiles pertinet, praetereaue etiam He ordinarie in medio seruire nescit. Conf. supra §. xxiii. A. *c*)

*i*) Scilicet schua, sub vltima vocis littera concipiendum. Quod enim de suffixis §. XXVI. N. *o*) diximus, omnino etiam huc quadrare poterit, quum vna pariter & eadem sit ratio vtrinque.

*k*) Ceu vocali, in qua Iod quiescere possit. Conf. supra §. LXII. *u*)

*l*) Ductu eius, quod apud DANZIVM l. c. §. III. *obs. 3. p. 7. prostat*, cuius rationem *edit. larg. p. 22. not. (b)* reperies, pro auctoris more solide supeditatam.

### §. LXXVIII.

APVD Chaldaeos autem conspicitur termina-

minatio  $\text{נִי}$ , quod *vel* ex quorundam opinione ex iam adducto Ebraeorum fonte deriuandum est, ita tamen, vt hoc loco Nun pro Mem in fine alternare soleat *m*): *vel* deduci potest, ex pronomine chaldaico  $\text{נִיִן}$ , vt scilicet abiecto mediano Nun *n*), cum chireck paruo praeuio *o*), itidemque Aleph *p*) Vau in Iod mutetur *q*) praecedente puncto *r*) in chireck paruum eleuato *s*), dagesch forti pariter *t*) & schureck *u*) peruentibus.

*m*) Ne pluralis Chaldaeorum confundatur cum plurali Ebraeorum, sed distinctam ab eo accipiat formam.

*n*) Vide §. xxviii. *c*)

*o*) DANZIVS *l. c.* §. xvii. *caut.* 2. p. 35. 36. collato supra §. x. *c*)

*p*) §. xxviii. *b*)

*q*) Quia sunt vnus officii, & ad quiescibiles pertinent. Conf. §. xxiii. *C. f*) *r*). Quodnam istud fit §. lxxvii. *i*) edisseruius.

*s*) §. lxxvii. *k*)

*t*) Rationem vide infra, §. xcvi. *b*)

*u*) Vide §. lxii. *u*) coll. §. lxxvii. *k*) & *l*)

### §. LXXVIII.

SIMILITERQUE pluralis FEMININI apud Ebraeos terminatio  $\text{תִי}$  ex  $\text{תִי}$  sic deduci potest, vt, mutato He in Vau *x*), quiescens in Cholem *y*), Nun in Tau *z*) abire soleat.

*x*) Quia vnus sunt officii, & vnum aequae ac alterum ad quiescibiles pertinet. Permutatio autem

autem haecce ideo fuit necessaria, quia He ordinarie in medio seruire nescit, praetereaque retentum variam posset parere confusionem, vti ex omnibus vocibus, cui terminatio haec adhaeret, perspicui poterit facillime.

y) Ceu vocalem, quieti litterae Vau adcommo-  
datam. Quare autem in schureck hoc loco non possit quiescere, causa est, vt confusio numerorum euitetur, quum terminatio ם in nominibus singularem arguat.

z) Manente enim Nun terminatio ם exsurgeret, quae in nominibus numerum singularem prodit. Vnde ad amouendam hanc confusio-  
nem in Tau mutatur, vtpote cum quo eiusdem organi est, dum vtrumque *lingualium* titulo subflare notum sit. Vid. §. XXIII. c)

### §. LXXX.

CONTRA ea apud *Chaldaeos* terminatio pluralis feminini ם, VEL, vti quidam volunt, ex pronomine ebraico ם sic deriuatur, vt, abiecto He aa), ttere in kamez bb) transeat. VEL ex pronomine chaldaico ם, aut ם deducitur sequenti ratione, vt, abiectis Iod cum chireck praefixo cc), Nun item media-  
no dd), cum impresso sibi dagech forti ee), nec non Aleph aut He ff), cum punctis suis gg), schua praemittendum bb) in kamez ii) eleuetur.

aa) Quia ordinarie non seruit in medio. Confer §. XXIII. A. c) coll. §. LXXIX. x).

bb) Ad litteram gutturalem He, quae character  
tertia



CAP. II.  
DE  
ADFORMATIVIS VERBORVM,

ET QUIDEM  
SECTIO I.  
DE ADFORMATIVIS PRAETERITI,

EIVSQVE  
MEMBRVM I.  
SINGVLARIS NVMERI.

§. LXXXII.

AD adformatiua in II) VERBIS referuntur terminationes eorum, & quidem respectu I) PRAETERITI, eiusque personae TERTIAE singularis generis *feminini* EBRAICE  $\text{הָיָה}$ , quod ex pronomine  $\text{הָיָה}$  ita formatur, vt abiecto Aleph a), itidemque Iod b), cum puncto praevio c), schua praecedens sub vltima radicali d) in kamez e) eleuetur.

a) Vide supra §. LXXV. b).

b) *Ibidem* c).

c) DANZIVS, l. c. §. XVII. *caut.* 2. p. 35. 36. coll. *supra* §. X. c).

d) Confer §. LXXVII. i), coll. §. XXVI. N. o).

e) Rationem inuenies §. LXXV. e). Praeter morem aliquando quidem saegol pro kamez adparet, vti ex  $\text{וְלֵבָהּ}$  & *commorabitur*, Zach. V, 4. pro  $\text{וְלֵבָהּ}$  & aliis constat, quod tamen ordinario nihil prorsus derogat.

§. LXXXIII.

CHALDAICE terminatio  $\text{הָ}$  ratione originis & deriuationis conuenit f), nisi quod He

F

reli-

residuum in Tau *g*), & praemittendum (schua *b*) in patach *i*) abeat.

*f*) Vnde §. LXXXII. *a*), itemque *b*) & *c*) huc transferendus, & rite adplicandus est.

*g*) Sunt enim vnus officii, dum quaelibet istarum nota femini fit, & facile inter se alternent, vti supra §. XXIII. C. *f*) euicimus. Id quod & aliquando Ebraei imitantur, dum *Deut.* xxxii. 36. אֵלֶיךָ abiit pro אֵלֶיךָ occurrit. Plura huc pertinentia apud DANZIUM, *edit. larg.* §. XLII. *obs.* 2. p. m. 383. notis (*l*) & (*m*) inuenire poteris.

*b*) §. LXXVII. *i*).

*i*) Propter tonum syllabam istam adficientem, §. XXVI. *p*).

### §. LXXXIII.

IN persona SECUNDA masculini generis EBRAICE huc pertinet terminatio הָ, orta ex pronomine אֲנִי, vt scilicet, abiecto He *k*) & Aleph *l*) cum subscripto patach *m*), dagesch forte litterae Tau in schua mutetur *n*), & denuo eidem litterae imprimatur dagesch lene *o*)

*k*) §. xv. *pp*). Interdum tamen etiam istud He ex integro pronomine retinetur, vti ex אֲנִי pro אֲנִי Pf. LVI. 9. videre est.

*l*) §. XXVIII. *b*).

*m*) DANZIUS, *l. c.* §. XVII. *caut.* 2. p. 35. 36. *coll.* supra §. XXIX. *l*)

*n*) Quod enim supra §. XXVII. *r*) de suffixis diximus, ad adformatiua etiam omnino pertinet, maxime, quum eadem & hic conspiciatur ratio.

*o*) Lit.

e) Littera enim Tau post schua quiescens constituta deprehenditur, quo in casu dagesch lenis imprimi omnino posse DANZIVS *l.c.* §. XI. I. 2. p. 21. auctor est. Id quod eam ob causam fieri conspicitur, ut littera, cui imprimitur dagesch istud, distinctius audiatur inter efferendum.

## §. LXXXV.

CHALDAICE autem terminatio huius personae masculina תִּי ex pronomine תָּנִי p) sic deducitur, ut ratione abiiciendi Aleph, resolventi item dagesch fortis in schua, & imprimendi dagesch lenis obseruentur itidem, quae ex more Ebraeorum obseruari iam q) edisseruimus.

p) Pronomen enim hocce ad utrumque sexum pertinere supra §. XVI. rr) obseruauimus.

q) §. LXXXIV. l), nec non m), itidemque n) & o).

## §. LXXXVI.

Id quod & de terminatione *feminini* generis EBRAICA pariter & CHALDAICA תִּי dicendum est, ut iteratae deductioni merito supersedere queamus. r).

r) Confer, & huc adplica, quae §. antecedente ad q) dicta fuere.

## §. LXXXVII.

INTVITV personae PRIMAE *communis* attendenda est Ebraice terminatio תִּי ortum trahens ex pronomine תָּנִי, ut nimirum per eunte Aleph s), cum subscripto puncto t),

F 2

Nun

Nun in Tau transeat *u*), cui dagesch lene imprimendum est *x*).

*s*) §. XXVIII. *b*).

*t*) DANZIVS, *l. c.* §. XVII. *caut.* 2. p. 35. 36.

*u*) Quia vnus sunt naturae, & vtrumque ad *linguales* pertinet, vt adeo opus non sit, cum quibusdam Tau istud pro *epenthético* reputare. *Causa* autem, quare Nun hoc loco retineri non potuit, est, quod alias terminatio  $\text{נְּ}$  confusionem pareret cum suffixo eiusdem formae, de quo DANZIVS, *l. c.* §. XXXIX. IV. p. 91. videri poterit.

*x*) Rationem vide §. LXXXIV. *o*).

§. LXXXVIII.

SED *Chaldaice* notanda est terminatio  $\text{נְּ}$ , orta ex pronomine  $\text{נְּ}$ , ita quidem, vt abiecto Aleph posteriori *y*), cum puncto praeuio *z*), Nun itidem in Tau *aa*), & Aleph prius in Iod *bb*), transeat, sublato chatheph-patach *cc*), & praemisso chireck *dd*), pro quo deinceps tsere *ee*) alternare solet, Iod prorsus excidente *ff*).

*y*) §. LXXV. *b*), & vt confusio cum suffixo  $\text{נְּ}$  euitetur.

*z*) DANZIVS, *l. c.* §. XVII. *caut.* 2. p. 35. 36.

*aa*) §. LXXXVII. *u*), quod ideo factum esse conspicitur, vt confusio varia remoueatur.

*bb*) Quia Aleph ordinarie non seruit in medio, praetereaque cum Iod vnus est officii §. XXIII. *f*)

*cc*) Nam quum Iod quiescere debeat, nullum sub se pati potest punctum vocale. Conf. DANZIVS, *l. c.* §. III. *obf.* 3. p. 7.

*dd*) Vt.



dd) Vtpote quod quieti litterae Iod analogum est.

ee) Siquidem aequae ac chireck est mater lectionis Iod.

ff) Ex ratione, quam §. vii. r) indicauimus.

## MEMBRVM II.

DE ADFORMATIVIS PRAETERITI PLVRALIS  
NUMERI.

## §. LXXXVIII.

QVOD ad pluralem adtinet, intuitu TERTIAE personae communis apud Ebraeos considerari debet terminatio וֹ, deducta ex pronominibus וָ & וֹ (gg), ut scilicet, abiectis Mem & Nun (hh), superstes He cum Vau ii), in schureck quiescens kk), permutetur ll).

gg) Quia terminatio ista generis communis est, adeoque etiam ex utroque genere formari debet.

hh) Confusionis deuitandae gratia, quia alias suffixa sunt.

ii) Vtrumque enim quiescibile est. Mutandum autem fuit He, ne, si retineretur, & pro ratione indolis nativae suae punctaretur, cum tertia femini singularis praeteriti confunderetur.

kk) Vau quidem etiam in cholem quiescere potest, quod tamen ideo hic non adrisit, ut confusio cum suffixo cholem remoueatur. Adeoque schureck adsumit, ceu quieti litterae Vau aequae ac Iod analogum, & confusionem omnem tollens.

ll) Hinc tertia persona pluralis numeri ordinarie esset וֹקטל, sed quia facile confunderetur cum

imperatio, kamez sub prima radicali manet, ductus  
DANZII, l. c. §. XXI. *obs. 1. num. 5. a. p. 42.*

## §. LXXXX.

SED apud *Chaldaeos* tertia *a)* masculini exhibet terminationem  $\text{ִּ}$ , deducendam ex pronomine  $\text{אֲנִי}$  aut  $\text{אֲנִי}$ , ita quidem, vt, abiecta integra syllaba ( $\text{ִּ}$  *mm*), & Nun sequenti (*nn*), cum impresso sibi dagesch forti (*oo*), Aleph aut He cum Vau (*pp*), in schureck quiescente (*qq*), permutandum sit (*rr*).

*mm*) Ne tertia masculini cum *secunda* masculini praeteriti pluralis numeri commisceatur.

*nn*) Licet enim aptum esset ad feruendum in vocis fine, ob variam tamen, quam, solitarie maxime adiectum fini vocis, caussaret vel cum aliis personis, vel cum suffixis, maxime ebraicis, confusio- nem abiicitur.

*oo*) Nec enim sequitur littera, cuius ad ventrem reici possit: nec compensari potest vocali praecedenti eleuata: nam cum ista, vti ex sequentibus patebit, longa iam euaserit, longior euadere non potest, vt idcirco merito abiiciendum veniat. Confer & supra §. LIII. *e*)

*pp*) Omnes enim sunt quiescibiles.

*qq*) §. LXXXVIII. *kk*)

*rr*) Quod si enim *Aleph* retineretur, tertia masculini, cum tertia feminini pluralis praeteriti *Chaldaeorum*: & si *He*, vel cum tertia singularis feminini praeteriti *Ebraeorum*, vel cum *He* locali, confunderetur facile, adeoque neutro modo tertiae personae pluralis iudicium se proderet indubitatum.

§. LXXXI.

## §. LXXXI.

RESPECTU autem β) *feminini* tertiae personae occurrit apud eosdem terminatio נָ, resultans ex pronomine נָ, vel נָ, utpote ex quo reflecta integra terminatione נָ, vel נָ ss), & abiecto Nun ii), cum dagefeh forti suo uu), ex priori forma Aleph, ex posteriori autem He, quod tamen denuo cum Aleph permutatur xx), remanet, & praemittendum schua yy) in kamez eleuatur zz).

ss) Siue enim Iod per tserē siue per chireck efferatur, perinde ex §. XXI. ee) notum est.

ii) §. xc. nn).

uu) *Ibidem* oo).

xx) Vtrumque enim quiescibilium munere fungi, & inter se alternare facile ex §. xxiii. C. c) constat.

yy) §. Lxxvii. i).

zz) Ad promouendam & facilitandam litterae gutturalis Aleph prononciationem.

## §. LXXXII.

AD personam si progredieris SECUNDAM apud *Ebraeos* in masculino genere obfendes terminationem נָ, prouenientem ex pronomine נָ, ut scilicet Aleph a), cum subscripto patach b), pereat, & dagefeh forti in schua transeunte c), litterae Tau denuo imprimatur dagefeh lene d).

a) §. xxviii. b)

b) DANZIVS l. c. §. xvii. caut. 2. p. 35. 36. coll. supra §. xxix. l)

c) §. Lxxxiv. n).

d) *Ibidem* o).

F 4

§. LXXXIII.

## §. LXXXIII.

PENES *Chaldaeos* huc pertinet terminatio  $\text{נְּנִי}$ , ex pronomine  $\text{נִי}$ , vtpote ex quo Nun & Aleph e), cum subscriptis punctis suis f) abiiciuntur.

e) §. xxviii. b) & c).

f) DANZIVS, l. c. §. xvii. caut. 2. p. 35. 36. coll. supra §. X. c).

## §. LXXXIII.

SI *femininum* consideres *Ebraice*, se tibi offeret terminatio  $\text{נִי}$ , ex  $\text{נִי}$  sic deducenda, vt obseruentur omnia, quae in masculini formatione dicta sunt g).

g) Idcirco §. xcii. per integras eius notas huc quoque quadrat optime.

## §. LXXXV.

IN *Chaldaeae* autem lingua occurrit  $\text{נִי}$ , ex pronomine  $\text{נִי}$  sic deriuatum, vt attendantur aequae omnia, quae in deductione masculini b) diximus i).

b) §. xciii. e) & f).

i) Iod autem adesse & abesse posse supra §. vii. j) edifferuimus.

## §. LXXXVI.

TANDEM quod ad *PRIMAM communem* adtinet, apud *Ebraeos* in vsu est terminatio  $\text{נִי}$ , quae originem ducit ex  $\text{נִי}$ , ita scilicet, vt Hheth k), Nun & Aleph l), cum punctis suis abiiciantur m).

k) Quia est littera mere radicalis, adeoque nuspiam

nuspian feruire potest, sed sicuti feruire deberet, confusiois vitandae ergo abiicitur, Conf. §. xxiii. b)

l) §. xxviii. b) & c).

m) DANZIGS, l. c. §. xvii. caut. 2. p. 35. 36. coll. supra §. X. c).

### §. LXXXXVII.

APVD Chaldaeos vero conspicitur נַיִם, ex נַיִם נַיִם, in cuius deriuatione itidem sunt obseruanda, quae de ebraica personae huius terminatione suppeditauimus n).

n) Scilicet §. xcvi. per integrum.

## SECTIO II.

DE ADFORMATIVIS FUTURI ET IMPERATIVI,

EORVMQVE

MEMBRVM I.

SINGULARIS NUMERI.

### §. LXXXXVIII.

DE Futuro & imperatiuo autem, eorundemque SINGULARI cernimus, in secunda FEMINI Ebraice occurrere terminationem יִם, ex forma pronominis יִם a), ex quo Tau b), cum impresso sibi dagesch forti c), itidemque Aleph d), cum subscripto patach e) perit, & schua, quod sub Tau antea fuerat f), in chireck paruum eleuatur g).

a) De qua vide supra §. xv. oo).

b) Partim enim praeformatiuo huius personae reseruatur: Partim vero, si retineretur, terminatio יִם facile confundi posset cum prima singularis praeteriti.

c) Vide §. LXXX. b).

d) §. XXVIII. b).

e) DANZIUS, l. c. §, XVII. *caus.* 2. p. 35. 36. coll. supra §. X. c).

f) Quia nec tonum sustinere potest, nec aptum deprehenditur, in quo sequens Iod quiescat.

g) Ceu vocalem quieti litterae Iod analogam.

### §. LXXXXVIII.

CONTRA ea *Chaldaice* se nobis offert in a) Futuro eiusdem personae  $\text{𐤅}$ , ex  $\text{𐤅𐤍𐤏}$ , vbi eadem obseruantur, quae apud Ebraeos diximus b), nisi quod chireck paruum hic adhibeatur pro  $\text{𐤅}$  i).

b) §. xcviii. b) c) d) dageſch autem hoc loco excidit, quia in sequenti littera actu quiescente locum inuenire non potest, vt tamen littera in statu suo pristino conferuetur. Conf. §. xc. oo).

i) Aequae enim ac chireck mater lectionis litterae Iod est.

### §. C.

IN β) Imperatiuo autem occurrit  $\text{𐤅}$ , quod ex eodem fonte prouenit, nisi quod, conueniente in reliquis cum adformatiuo futuri formatione k) Nun vltimum dematur l).

k) Conf. §. xcix.

l) Per *apocopen*, vt scilicet adfectus imperantium voces saepiuscule decurtantium, exprimatur melius.

## MEMBRVM II.

DE ADFORMATIVIS FVTVRI ET IMPERATIVI PLVRALIS NVMERI.

## §. CI.

AST in PLVRALI *tertia* apud *Ebracos* generis MASCVLINI exhibet terminationem  $\text{ִֿ}$ , ex pronomine  $\text{ִֿֿ}$ , vtpote in quo Mem in Vau mutatur a) quiescens in schureck b), ttere praecedenti c), itidemque He d) percutente.

a) Causa propter quam Mem retineri non potest, est, quia cum suffixo confundi posset. Vnde in aliquam ex cognatis  $\text{ִֿֿֿֿ}$  mutari debuit. Quare autem non in *Beth*, causa est, quia istud seruit tantum ordinarie ab initio. Et quod in *Pe* transire non potuerit, inde est, quia istud littera mere radicalis est, quae nusquam seruire potest. Vnde quum solum Vau supersit, in istud commutari postulat necessitas, maxime quum seruire possit, vbicunque deprehendatur.

b) Quare non in *cholem*, inde fit, ne cum suffixo *cholem* confundatur. Conf. §. LXXXVIII. kk)

c) Ad diphthongum euitandam.

d) *Partim*, quia non seruit in medio: *Partim*, quia, in Iod mutatum, praeformatio huius personae referuatur.

## §. CII.

Apud *Chaldaeos* occurrit terminatio  $\text{ִֿֿֿֿ}$ , ex pronomine  $\text{ִֿֿֿֿ}$ , ex quo Nun e), cum impresso sibi dagech forti f), vt & Aleph g), cum subscripto chireck paruo b) abiicitur.

e) Con-

- e) Confer. §. XXVIII. c)  
 f) §. XC. oo) coll. §. XCIX. b).  
 g) §. XXVIII. b)  
 h) DANZ. l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35. 36. coll. supra §. X. c).

## §. CIII.

IN genere FEMININO Ebraice se prodit  $\eta\eta$ , ex pronomine  $\eta\eta$ , ita quidem, vt prius He i), cum subscripto ttere k), abiiciatur, & dagesch forte, in schua mutatum l), vltimae radicali subscribatur m).

i) Tam, quia ordinarie non feruit in medio: quam quod, in Tau mutatum, vices praeformatiui sustinere debet, vt infra docebimus.

k) DANZ. l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35. 36.

l) Causa autem, quare dagesch forte retineri non potuit, duplex deprehenditur, quarum altera in eo consistit, quod manente isto tonus in sede pristina non relinqui posset, quem tamen He paragogicum in eadem seruare debere DANZIVS, l. c. §. LIV. II obs. 1. N. β. p. 147. auctor est. Altera autem est, quia manente dagesch forti, & praecedentis litterae schuate, quia primitiuum est, in saegol eleuato, facile haec terminatio adformatiua confunderetur cum suffixo  $\eta\eta$ , quod vt euitetur, abiicitur penitus.

m) Rationem vide §. XXVII. I. r).

## §. CIIII.

CHALDAICE adparet  $\eta$ , ex pronomine  $\eta\eta$ , vt, abiecto Iod, cum chireck praecedente n), itemque mediano Nun o), cum dagesch forti p), vt & Aleph q), cum subscri-

pto



pto chireck paruo r), schua praemittendum s) in kamez t) transferatur.

n) Ne confundatur terminatio huius personae cum terminatione personae secundae feminini singularis futuri.

o) §. XXVIII. o).

p) Quia ad sequentem litteram reiectum persistere non posset, vi §. LIII. e).

q) §. XXVIII. b) praetereaue in Iod mutatum munia praeformatiui obire solet.

r) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35. 36.

s) §. LXXVII. i).

t) Id quod vnice toni sustinendi causa factum esse creditur.

### §. CV.

PERSONA autem secunda generis MASCULINI inter Ebraeos exhibet itidem terminationem ך, desumptam ex pronomine ך, ut scilicet Tau u), vna cum dagesch forti sibi impresso x), nec non Aleph y) cum subscripto patach z), demantur penitus, mutato Mem in Vau a), quiescens in schureck b), pereunte saegol praeuio c).

u) Quoniam praeformatio reseruatur.

x) §. CIV. p).

y) §. XXVIII. b).

z) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35. 36.

a) §. CI. a).

b) Ibidem b).

c) Quia vna littera non potest habere duas vocales.

### §. CVI.

## §. CVI.

INTER *Chaldaeos* conspicuum est  $\text{דָּנָז}$ , ex  $\text{דָּנָז}$ , a quo tamen Tau *d*), Nun & Aleph *e*) cum punctis suis *f*) pereunt.

*d*) §. cv. u).

*e*) §. xxviii. b) & c).

*f*) DANZIVS, l. c. §. xvii. caut. 2. p. 35. 36. coll. supra §. X. c).

## §. CVII.

SED generis FEMININI respectu *Ebraice* est obseruandum  $\text{דָּנָז}$ , ex pronomine  $\text{דָּנָז}$ , pereunte Tau *g*), & Aleph *b*), cum punctis suis *i*), & dagesch forti in schua mutato *k*).

*g*) §. cv. u).

*b*) §. xxviii. b).

*i*) DANZ. l. c. §. xvii. caut. 2. p. 35. coll. §. X. c).

*k*) §. ciii. l).

## §. CVIII.

ET *Chaldaice* iterum  $\text{דָּנָז}$ , ex pronomine  $\text{דָּנָז}$  sequenti modo est deducendum, vt de abiectione litterarum & punctorum obseruentur eadem, quae de masculina terminatione diximus *l*), & hoc loco pro *tsere* in fine *kamez m*) alternare soleat *n*).

*l*) Confer itaque §. cvi. per singulas eius notulas.

*m*) Cuius permutationis ratio ex sola euphonia petenda est.

*n*) Perinde enim esse, Iod adlit, vel absit, supra §. vii. s), euictum nobis fuit.

\* \* \*

PARS.



PARS III.  
 ANALYSIS  
**PRAEFORMATIVO-**  
**RVM OMNIVM**  
 EBRAICORVM NON MINVS QVAM CHAL-  
 DAICORVM.

TABVLA SYNOPTICA  
 PRAEFORMATIVORVM.

CAP. I.

*Praeformatiuis* adnumerantur litterae cha-  
 racteristicae.

(I.) CONIVGATIONVM, & quidem apud

(A) *Ebraeos* ex

- { 1) Niphal נִּפְּל, §. CVIII.
- { 2) Hiphil & Hophal הִּפְּל, §. CX.
- { 3) Hithpael הִּתְּפַל, §. CXI.

(B) *Chaldaeos*, & quidem ex

- { a) Ithpeel & Itpaal יִתְּפַל, §. CXII.
- { b) Aphel אִפְּל, §. CXIII.
- { c) Ittaphal יִתְּפַל, §. CXIII.

CAP. II.

SECTIO I.

(II.) TEMPORVM, scilicet

N) INFI-

ETC.  
 ex  
 h e)  
 coll.  
 e eff  
 ctis  
 ).  
 c).  
 ine  
 t de  
 fer-  
 na-  
 e in  
 las.  
 onia  
 pra  
 RS.



## N) INFINITIVI, &amp; quidem

## (1) Ebraeorum in

- { a) Niphal נִּחַל, §. CXV.
- { b) Hiphil & Hophal נִּחַל, §. CXVI.
- { c) Hithpael נִּחַלְתִּי, §. CXVII.

## (2) Chaldaeorum in

- { a) Peal נִּחַל, §. CXVIII.
- { β) Ithpeel } & } נִּחַלְתִּי, §. CXVIII.
- { γ) Ithpaal }
- { δ) Aphel נִּחַלְתִּי, §. CXX.
- { ε) Ittaphal נִּחַלְתִּי, §. CXXI.

## SECTIO II.

## MEMBRVM I.

## כ) FVTVRI, &amp; quidem numeri

## (a) Singularis, eiusque personae

## (α) TERTIAE generis

## (1) Masculini apud

- { a) Ebraeos נִּחַל, §. CXXII.
- { b) Chaldaeos נִּחַל, §. CXXIII.

## (2) Feminini, &amp; quidem

- { α) Ebraice נִּחַלְתִּי, §. CXXIII.
- { β) Chaldaice נִּחַלְתִּי, §. CXXV.

## { β) SECUNDAE generis

## (a) Masculini apud

- { 1) Ebraeos נִּחַל, §. CXXVI.
- { 2) Chaldaeos נִּחַל, §. CXXVII.

## (b) Feminini, &amp; quidem

- { α) Ebraice נִּחַלְתִּי, §. CXXVIII.
- { β) Chaldaice נִּחַלְתִּי, §. CXXVIII.

## { γ) PRIMAE apud

1) Ebrae-

- (a) Ebraeos נ, §. CXXX.  
 (ε) Chaldaeos נ, §. CXXXI.

## MEMBRUM II.

## (b) Pluralis, eiusque personae

## (a) TERTIAE, generis

## (1) Masculini

- (a) Ebraice נ, §. CXXXII.  
 (b) Chaldaice נ, §. CXXXIII.

## (2) Feminini apud

- (a) Ebraeos נ, §. CXXXIII.  
 (ε) Chaldaeos נ, §. CXXXV.

## (β) SECUNDAE, generis

## (1) Masculini

- (a) Ebraice נ, §. CXXXVI.  
 (b) Chaldaice נ, §. CXXXVII.

## (2) Feminini apud

- (a) Ebraeos נ, §. CXXXVIII.  
 (ε) Chaldaeos נ, §. CXXXVIII.

## (γ) PRIMAE

- (1) Ebraice נ, §. CXL.  
 (2) Chaldaice נ, §. CXLI.

## SECTIO III.

## δ) PARTICIPII apud

## (1) Ebraeos in

- (a) Niphal נ, §. CXLII.  
 (b) reliquis נ, §. CXLIII.

## (2) Chaldaeos itidem נ, §. CXLIII.

## SECTIO III.

## ζ) IMPERATIVI apud

## (a) Ebraeos in

- (1) Niphal & Hiphil נ, §. CXLV.  
 (2) Hithpael נ, §. CXLVI.

G

ε) Chal;

- (E) Chaldaeos in  
 { a) Ithpeel  $\overline{\text{N}}$ , §. CXLVII.  
 { b) Ithpaal  $\overline{\text{N}}$ , §. CXLVIII.  
 { c) Ittaphal  $\overline{\text{N}}$ , §. CXLVIII.  
 { d) Aphel  $\overline{\text{N}}$ , §. CL.

IOVA IVVA! T. O. T Q. M.!

PARTIS QUARTAE

CAP. I.

DE

PRAEFORMATIVIS CONIVGATIONVM.

§. CVIII.

**A**D praeformatiua a) pertinent litterae characteristicae I) CONIVGATIONVM b), & quidem apud Ebraeos ex Niphal  $\overline{\text{N}}$ , desumptum ex voce  $\overline{\text{N}}$  c), vtpote ex qua Nun posterius d) pariter & schureckatum Vau e) abiicitur, subscripto Nun residuo schuate f), eoque iterum in chireck paruum transeunte g).

a) Intelliguntur autem per ista, vna vel plures litterae, quae essentialiter ab initio seruiunt, hoc est, ita adduntur radicalibus, vt essentiam vocis ingrediuntur, & idcirco in versione latina peculiari vocis non exprimantur, dum significationem vocis, cui adiectae conspiciuntur, vel variant, vel formam saltem mutant.

b) Quibus scilicet coniugationum classes ab invicem secernuntur.

c) Proles, aut, si maivis, filius. Quare autem ab hoc nomine desumatur littera characteristica huius

huius coniugationis, factum est propterea, vt natura eius exprimatur, siquidem passivum generatur ab activo, & proles quasi est activi, perinde, vt filius respectu patris in generatione sese habet pure passivus.

d) Quia ordinarie non servit in medio, sed tantum ab initio & fine, vt ex §. xxiii. A. c) constat.

e) Non solum ob variam, quam causare posset, confusionem evitandam; sed & maxime propterea, quia impedit, quo minus praeformativum pro ratione officii sui cum radicalibus rite coalescere queat.

f) Tamquam *ordinario*, & *unico* medio, per quod praeformativum cum radicalibus in vnam vocem transeundo coalescere potest, ductu DANZII, l. c. §. V. obs. 4. p. II.

g) Idque propter concursum duorum schuaim, de quo DANZIUS, l. c. §. xxiv. I. i. p. 49. videri poterit. Causa autem, quod in vocalem brevem mutari debeat, est, quia simul *mobile* foret, ab initio scilicet; & tamen simul etiam *quiescens*, ante aliud schua constitutum, quod omnino maximam argueret contradictionem, ad quam tollendam necessario permutandum est. Quod autem praecise in chireck paruum transeat, inde fit, quia schua mobile mixti aliquid sonet ex I, & E, idcirco nulla vocalium parvarum propius ad sonum eius accedit, quam chireck paruum. Conferatur DANZIUS edit. larg. §. xxiv. p. 198. not. (x) & p. 199. not. (z) collato §. IX. p. 94. not. (d) & §. VI. p. 53. sqq. not. (u).

§. CX.

Ex *Hipbil* autem & *Hüpbal* חִיבָל, desumptum

ex pronomine tertiae personae הוּא *b*), a quo Aleph *i*), cum scureckato Vau *k*) abii-  
citur, He residuo in *Hiphil* cum chireck par-  
uo *l*), & in *Hūphal* cum kübbuz *m*) notato.

*b*) Quod hoc loco adhibetur, vt indiget, hanc  
*classē* tertiam personam interuenientem, indicare,  
e. g. Tullius Sempronium iussit occidere *Caium*.

*i*) §. xxviii. *b*).

*k*) Retinendum enim, facile formam actiuam  
cum passiuā confunderet, vtpote ex iis constabit,  
quae infra ad *m*) dicemus.

*l*) Ortum autem istud est ex iisdem causis,  
quas §. CIX. *f*) & *g*) adduximus.

*m*) Passiuum quidem hocce *ordinarie* sub pri-  
ma deberet habere schureck, quia in Pūaliam Chō-  
lem, quod tamen propter syllabam compositam ite-  
rum in kübbuz commutatum est, fuit adhibitum,  
ductu eorum, quae DANZIUS l. c. §. xli. I. 4. *obs. i*.  
p. 97. notauit: sed schureck istud in syllaba com-  
posita in kübbuz denuo transire, neminem latere  
poterit, vnde & hoc passiuum *hūphal* potius di-  
cendum est, quam *bophal*, quum kübbuz ad chi-  
reck actiui propius adcedat. Conferatur *idem* edit.  
larg. §. xli. I. 4. *obs. i*. p. 351. *not. (b) collat. §. xxvi.*  
*xiv. i. α. p. 243. not. (c)*.

### §. CXI.

TANDEM ex *Hithpaël* huc pertinet syllaba  
תת, quae originem deducit ex particula  
תת *n*) ita quidem, vt Aleph mutetur in He *o*),  
& tsere abeat in chireck paruum *p*), Tau  
cum schuate notato *q*).

*n*) Quae



n) Quae ductu *interpretis* Danziani §. cxviii. I. p. 135. significat *ILLVD IPSVM*, & eam ob causam in coniugatione Hithpaël adhibetur, vt *reciprocae significationis* sit indicium, de quo *idem* l. c. §. Lxiii. p. 67. conferri meretur.

o) Licet enim Aleph ab initio seruire posset, tamen immutatur, ad confusionem praeteriti cum futuro, cuius quippe primae singularis character Aleph est, vitandam.

p) Quia si haec particula praeponitur radicalibus, tsere foret in syllaba composita tono & metegh destituta, quo in casu permutandum est in breuem sibi cognatam, ceu DANZIVS *gram. ebr.* §. xviii. l. i. p. 38. monuit. Quod autem chireck paruum sit תִּסֵּר cognatum, supra §. Liii. f) edisseruimus.

q) Quaelibet enim littera, sonum perficiens, animanda est, aut per propriam, aut per alterius litterae vocalem, dum litterae actû mouendae absorberi nesciunt, perpetuo pronunciandae, nisi per contradictionem in adiecto dicere velis nobilem, quae tamen non moueatur. *Propria* autem vocalis litterae postponitur immediate: *alia* autem per schua, vocalis absentis indicium, plurimumque litterarum vno halitu pronunciandarum nexum, significatur. Et sic habebis causam eius, quod DANZIVS, *l. c.* §. iii. *obs.* i. p. 7. adduxit.

## §. CXII.

APVD *Chaldaeos* ex ITHPEEL & ITHPAAL consideranda est syllaba תִּנּ, aequè ortum trahens ex תִּנּ 1) cuius itidem, tsere in

chireck paruum transeunte *r*), Tau cum schua *r*) notandum est *u*).

*r*) Vide §. cxi. *u*). Haec particula autem in omnibus Chaldaeorum passivis adhibetur, quia omnia *reciprocam* admittunt significationem. Id quod & causa est, quare apud Chaldaeos tres tantum sint coniugationum classes, quum peculiari, quae reciproca *κατ' ἐξοχήν* audiret, opus plane non habeant, passivis omnibus has vices sustinentibus.

*r*) §. cxi. *p*).

*r*) *Ibidem* *q*).

*u*) Quod autem hoc loco, non aequè ac antea apud Ebraeos, Aleph in He mutetur, factum est, ne confundantur verba chaldaica cum ebraicis coniugationis Hithpael.

### §. CXIII.

SED in coniugatione APHEL conspicitur <sup>N</sup>, quod ex pronomine *אני* *x*) sic deducitur, vt, pereunte Aleph *y*), atque schureckato Vau *z*), He mutetur in Aleph *aa*), subscribendo ei schuate *bb*) in chatephpatach *cc*) mutato, a quo chateph tamen de novo abiicitur *dd*), & patach derelinquitur *ee*).

*x*) Quod ex eadem, vt apud Ebraeos, causa hic quoque adhibetur. Confer. §. CX. *b*).

*y*) §. XXVIII. *b*).

*z*) Ne forsitan cum Ebraeorum Hüphal, quod primario schureck habere debere supra §. CX. *m*) notauimus, confundatur.

*aa*) Quia sunt vnus naturae & officii, Permutatio

tatio autem haecce ideo facta esse videtur, vt coniugatio Aphel Chaldaeorum aperte distingui queat a coniugatione Hiphil Ebraeorum.

bb) §. CIX. f)

cc) Vide supra §. X. d).

dd) Abiectionis autem huius caussa est, quia vi principii primi necessario vocalis huius requiritur. Vide DANZIUM *edit. larg. §. xxiv. II. l. p. 204. not. q).*

cc) Hoc autem fieri solet, vt sono litterae Aleph consulatur, vt pote quod aequae ac gutturales omnes, fonum A, quia labia aperit maxime, vt aer eo melius erumpere possit, amat omnium maxime. Confer DANZIUS *l. c. §. xxiii. II. l. p. 52. coll. §. xli. III. obs. 3. p. 106.*

### §. CXIII.

ET tandem in ITTAPHAL considerari debet syllaba <sup>א</sup>תא, cuius supra originem ff) & formationem gg) obseruauimus, illud saltem addentes, quod per dagesch forte litterae Vau impressum bb), & subscriptum ipsi patach ii), ab omnibus, quae antea adducta sunt, discedat.

ff) Confer §. cxi. n), coll. §. cxii. r)

gg) Confer §. cxi. p) & q) coll. §. cxii. u)

bb) Quia enim omnia passiuua Chaldaeorum ab actiuis deriuentur, praeposita syllaba <sup>א</sup>תא, factum est in coniugatione Ittaphal, vt, pereunte Aleph characteristico actiuui, litterae praecedenti Tau, compensationis loco, fuerit inditum dagesch forte, ceubene DANZIUS *l. c. §. xli. III. obs. 2. p. 105. coll. I. obs. 2. §. p. 98. & edit. larg. l. c. p. 333. not. (g) & (h) adnotauit.*

G 4

ii) Ad

ii) Ad tertiam moram supplendam, & ut dagesch forte seruari possit, quod alias ex littera schuata excideret, adeoque omne indicium תֵ Aleph abiecti periret penitus.

## CAP. II.

DE

## PRAEFORMATIVIS TEMPORVM,

ET QUIDEM

## SECTIO I.

DE PRAEFORMATIVIS INFINITIVI.

## §. CXV.

QVOD ad praeformatiua, siue litteras characteristicas II.) TEMPORVM adinet, penes i.) *Ebraeos* in infinitiuo NIPHAL conspicitur ׀ ex pronomine ׀ (k), cuius Aleph ll) vna cum schureckato Vau mm) abiicitur, & He residuum notatur cum chireck paruo nn), sequenti dagesch forti oo), primae radicali imprimendo pp).

kk) Licet enim istud tertiae duntaxat coniugationum classi competat, interuenientem tertium significanti; tamen & hoc loco commode adhiberi potuit, quum passiuum hoc, ceu proles actiui, itidem importet tertium quid interueniens inter generantem pariter & generatum, quod nihil aliud est, quam ipsa *generatio*. Confer. §. cix. c).

ll) §. xxviii. b).

mm) Vt confusio cum coniugatione Hüphal euitetur, cui schureck competit. Vide §. cx. m).

nn) Quod post abiectionem litterae Nun, tanquam

quam *characteris praeteriti*, sub He retrogressum est, schuate sub eodem simul cum Nun extruso per-  
eunte, Confer. DANZIVS, *l.c.* §. XVII. *caut.* 2. p. 35.

oo) Ad compensandam litteram Nun abiectam.  
*Idem ibidem caut.* 3. *a.* p. 36.

pp) Vnde causam perspicis, ob quam schua pri-  
mae radicalis eleuandum fuit in *kamez*, dum non  
solum principio morarum, sed & *dagesch* forti,  
quod alias ex litteris schuatis excidit, adeoque omne  
prorsus litterae abiectae Nun indicium tollendum  
esset, consulendum erat. Quod autem ceteroquin  
in hoc infinitiuo tere sub secunda radicali loco *ts*  
*patach* compareat, id non nisi euphoniae gratia fa-  
ctum esse scito.

### §. CXVI.

SIMILITER etiam in infinitiuo NIPHIL &  
HÜPHAL  $\bar{\eta}$ prehenditur, quod quidem  
eiusdem cum antecedenti originis & deri-  
uationis est, sed in eo tantum differt, quod  
in PRIORI *patach qq*), in POSTERIORI autem  
*kübbuz rr*) exhibere solet.

qq) Vt infinitiuus a tertia praeteriti persona sin-  
gularis distinguatur, maxime quoniam notum sit, infi-  
nitium in *Kal*, *Piel* & *Hiphil*, variatis tantum pun-  
ctis, formari a praeteritis suis, ita quidem, vt *chireck*  
paruum, sicubi in praeterito conspicitur in *patach* :  
& *patach*, sicubi est, in *cholem*; itidemque *kamez*  
prioris syllabae in *schua* mutetur. Conf. DANZIVS,  
*edit. larg.* §. XLI. II. p. 354. seq. not. (1).

rr) Quia infinitiuus in hac coniugationum classe,  
vt & in *Piel*, *Püal* & *Hirbpael* moris est, integram  
G 5 praete-

praeteriti formam retinet, absque vlla punctorum permutatione, testante *eodem*, loco antea ad *qq*) citato.

### §. CXVII.

TANDEM in infinitiuo HITHPAEL tota syllaba  $\text{ִּתִּת}$  conspicitur, cuius originem & formationem tam supra demonstrauius *ss*), quae & huc omnino quadrant omnia *tt*).

*ss*) §. cxi.

*tt*) Dum infinitiuus in hac classe praeteriti formam retinet, absque vlla punctorum mutatione, vti §. cxvi. *rr*) monuimus.

### §. CXVIII.

SED apud *II.*) *Chaldaeos* occurrit in infinitiuo PEAL  $\text{ִּתִּת}$ , ex voce  $\text{ִּתִּת}$  *uu*), vtpote ex qua *Ain* *xx*), cum subscripto chireck paruo *yy*) abiicitur, & Mem, deposita finali forma *zz*), notatur cum schua *a*), quod tamen denuo in chireck paruum transit *b*).

*uu*) Ex radice  $\text{ִּתִּת}$ , quae ex chaldaicae linguae vsu *obscurare* significat, & ideo hic adhibetur, vt naturam infinitiui designet, in eo consistentem, vt illius, quod exprimit, auctorem, tempus & circumstantias reliquas obscuret.

*xx*) Quia mere radicalis est, quae si retineretur, variam efficeret confusionem. Vide supra §. xxiii. *b*).

*yy* DANZIVS, *l. c.* §. xvii. *caut.* 2. p. 36.

*zz*) Siquidem non amplius in fine conspicitur, vnde & conuenientem sedi suae figuram adsumit.

*a*) §. cix. *f*).

*b*) *Ibidem* *g*).

### §. CXVIII.

## §. CXVIII.

IN infinitiuo ITHPEEL & ITHPAAL occurrit syllaba  $\bar{P}N$ , cuius tamen originem & formationem supra suppeditauius c).

c) Scilicet §. cxii. per singulas ad eundem obseruationes.

## §. CXX.

NEC non in APHEL  $\bar{N}$ , quod itidem ex genuino suo fonte supra iam a nobis deriuatum est d).

d) Vide, quae per totum §. cxiii. adnotauius.

## §. CXXI.

DENIQUE in ITTAPHAL se sistit syllaba  $\bar{P}N$ , quae tamen iam prolixè supra deriuata fuit e).

e) §. cxiv. per totum.

## SECTIO II.

## DE PRAEFORMATIVIS FUTURI,

EIVSQVE

MEMBR. I.

SINGULARIS NUMERI.

## §. CXXII.

RATIONE Futuri, eiusque tertiae personae *singularis* MASCVLINI apud *Ebraeos* huc pertinet  $\bar{}$ , ex pronomine  $\bar{}$ , ex quo Aleph a), cum schureckato Vau b) abiecto, He residuum c) in Iod d) mutatur e), notandum quidem ordinarie cum schuate f), sed pro varietate coniugationum variis omnino efferendum punctis g).

a) *Par-*

a) *Partim*, quia in loco ad seruiendum inidoneo apprehenditur. *Partim*, quia character primae personae singularis futuri est.

b) Manente enim isto, praecedens He aut simul retineretur, aut non hi *prius* confusionem efficeret cum coniugatione Hüphal. Si *posterius*, facile pro Vau praefixo haberi posset.

c) Ceu tertiae personae proprius & indubitatus character, prouti ex §. V. b) constat.

d) Vnius quippe sunt officii, utroque ad *quiescibiles* pertinente. Vide supra §. xxiii. C. f).

e) Caussa autem, ob quam He in cognatam opus habet mutari, est, quia est character coniugationis Hiphil, vnde necessario mutanda est, nisi data opera confusionem maximam velis introducere.

f) Confer supra §. cix. f).

g) In KAL enim ex concursu duorum schuaim *chireck paruum* oritur. In NIPHAL *chireck paruum* ex abiectioe litterae He, infinitiui caractere, ortum est. Et in HIPHIL ex eadem causa *patach*: itidemque in HUPHAL *kübbuz*; ac tandem in HITHPAEL *chireck paruum* resultare solet. Conf. DANZIUS l. c. §. xli. III. *obs.* 2. β. p. 105. *coll.* §. xvii. *caut.* 2. p. 35.

### §. CXXIII.

APVD *Chaldaeos* itidem comparet  $\text{ֿ}$ , quod vnus penitus originis, vt & formationis cum ebraico immediate praeuio est b), nisi quod & varia sub se exhibeat puncta i).

b) Conf. §. cxxii. per singulas, excepta vltima ad ipsum adnotationes.

i) In PEAL *chireck paruum*, ex concursu duorum schuaim



Schuaim. In ITHPEEL, ITHPAAL & ITTAPHAL itidem *chireck paruum*; sed in APHEL *patach*, ex excluso Aleph praeteriti caractere.

## §. CXXIII.

FEMININI autem generis respectu *Ebraice* considerandum est  $\text{ִת}$ , descendens ex pronomine  $\text{ִתִּי}$ , utpote ex quo Aleph *k*), vna cum Iod *l*), praemisso *chireck* paruo *m*) abiicitur, He residuo in Tau *n*) mutato, impresso *dagesch leni* *o*) eidem *p*).

*k*) §. CXXII. *a*).

*l*) Quia masculini huius personae character est.

*m*) DANZIVS l. c. §. XVII. *caut.* 2. p. 35.

*n*) Quia vnus inter se sunt officii, dum vtrumque munere notae feminini generis fungitur. Confer. supra §. XXIII. C. *f*). Caussam autem, ob quam He permutari debuit, §. CXXII. ad *e*) exposuimus.

*o*) DANZIVS l. c. §. XI. I. 2. p. 21. Imprimatur autem eam ob caussam, ut littera Tau inter efferendum distinctius audiatur.

*p*) Variam illius punctationem supra §. CXXII. *g*) fusius edifferuimus.

## §. CXXV.

SIMILITER *Chaldaice*  $\text{ִת}$  occurrit, quod cum ebraico immediate praecedente *q*) in omnibus conuenit *r*).

*q*) Vide §. CXXIV. per totum.

*r*) De punctatione eius vide §. CXXIII. *i*).

## §. CXXVI.

IN secunda persona generis *masculini* apud *Ebraeos* deprehenditur  $\text{ִת}$ , decurtatum ex

$\text{ִתִּי}$

𐤍, vt scilicet, abiecto He *s*), cum ka-  
mez praecedente *t*), itidemque Aleph *u*),  
cum *subscripto* *x*) patach, Tau residuum *y*),  
dagesch forti in lene commutato *z*), per  
schua iungatur radicalibus *aa*), quod tamen  
varie omnino permutatur *bb*).

*s*) Quia est character coniugationis Hiphil, adeo-  
que, si retineretur, multiplici confusione praeberet  
fundamentum.

*t*) DANZ. l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

*u*) Est enim character primae personae futuri.

*x*) Quia praecedens punctum adest nullum, vn-  
de necessario subscriptum tollendum est, maxime,  
quum ad aliam litteram referri non possit.

*y*) Ceu character secundae personae, vti supra  
§. V. *i*) euicimus.

*z*) Siquidem ordinarie dagesch forte ab initio lo-  
cum non inuenit, & de extraordinariis casibus, in  
quibus litteris initialibus imprimitur, nullus huc  
quadrare conspicitur. Confer. DANZIUS, l. c. §. XX.  
*obs.* 2. *γ*. p. 41.

*aa*) §. CIX. *f*).

*bb*) §. CXXII. *g*).

### §. CXXVII.

APVD Chaldaeos aequae iterum 𐤍, ex pro-  
nomine 𐤍𐤍 sic deriuandum est, vt, abiecto  
Nun *cc*), cum schuate suo *dd*), nec non  
Aleph *ee*) cum subscripto patach *ff*), Tau *gg*)  
punctetur modo supra *bb*) indicato.

*cc*) Est enim character personae primae pluralis  
futuri, vt idcirco sine oritura confusione persona-  
rum adhiberi non potuerit.

*dd*) DAN.

dd) DANZIVS, l. c. §. XVII. *caut. 2. obs. p. 36.*

ee) §. CXXVI. u).

ff) *Ibidem x).*

gg) *Ibid. y).*

hh) Confer. §. CIX. f). coll. §. CXXIII. i).

### §. CXXVIII.

GENERIS *feminini* apud *Ebraeos* praeformatiuum iterum quidem est  $\text{ִנָּן}$ , quod tamen deducitur ex pronomine *feminino*  $\text{ִנָּן}$ , ita quidem, ut pereunte Aleph ii), cum subscripto patach kk), nec non dagesch forti in lene transeunte ll), Tau punctetur ratione saepius notata mm).

ii) §. CXXVI. u).

kk) *Ibid. x).*

ll) *Ibidem z).*

mm) §. CIX. f) coll. §. CXXII. g).

### §. CXXVIII.

SICVTI & inter *Chaldaeos* conspicitur  $\text{ִנָּן}$ , ex pronomine  $\text{ִנָּן}$  nn) desumptum, ut obseruentur ceteroquin omnia, quae iamiam oo) de ebraico huius generis praeformatiuo edifferuimus.

nn) Apud *Chaldaeos* enim hanc formam & masculinum & femininum sexum denotare, supra §. XVI. rr) adnotauimus.

oo) Videatur §. CXXVIII. per integrum.

### §. CXXX.

TANDEM *primae* personae penes *Ebraeos* nota est  $\text{ִנָּן}$ , ortum ex  $\text{ִנָּן}$  vel  $\text{ִנָּן}$ , ut abiecto Iod pp), itemque Caph. qq) & Nun rr),  
cum

cum punctis praecedentibus *ss*), remanenti Aleph schua subscribendum sit *tt*), quod tamen varie *uu*) mutatur denuo.

*pp*) Quia est character tertiae personae futuri.

*qq*) Verbis enim superadditum non feruit essentialiter, sed *extraessentialiter*, adeoque significacionem vocis non variat, sed *auget*, & in latina versione peculiari voce exprimendum est.

*rr*) §. CXXVII. *cc*).

*ss*) DANZIVS, *l. c.* §. XVII. *caut.* 2. p. 35.

*tt*) §. CIX. *f*).

*uu*) Nam in KAL, NIPHAL & HITHPAEL transit in Saegol, ductu DANZII, *l. c.* §. XXIV. I. 3. p. 50. quod ex concursu duorum schuaim factum esse constat, idque ideo, „ quia Aleph gutturalium omnium lenissime spirat, atque adeo non praecise opus habet, „ ut animetur vocali maxime aperienti labia, sed „ eius adspirationi formandae sufficit ea, quae Masorethis פֿוֹק חֶתֶף, hoc est, apertura minor, vocatur, verba sunt b. DANZII, *edit. larg.* §. XXIV. I. 3. p. m. 200. *not. (c)*. In PIEL & PUAL eleuatur in *chateph patach*, cuius rationem supra §. X. *d*) exposuimus. In HIPHIL vero ob exclusum infinitiui characterem abiicit *chateph*, & *patach* eius locum occupat. Quod & de HIPHAL, vbi praeformatiuum *kub-buz* exhibet, dicendum est.

§. CXXXI.

PENES Chaldaeos similiter occurrit ןֿ, quod ex ןֿׁׂ׃ sequenti modo decurtatur, vt reflecto Aleph posteriori *xx*), & Nun sequenti *yy*), vna cum punctis praeviis *zz*), Aleph prius

prius notandum sit cum schuate a), cui tamen denuo, aequae ac apud Ebraeos, variae obtingunt commutationes b).

xx) Quia non seruit in medio, praetereaue, vt, abiecto Nun, collimatio litterarum earundem euitetur, quum, vti ex sequentibus patebit, prius Aleph notam primae personae sustineat.

yy) §. CXXVII. cc).

zz) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

a) §. CIX. f).

b) Nam in PEAL & ITTAPHAL transit in Saegol, ex eadem, vti apud Ebraeos, ratione, §. CXXX. uu) adlegata. In PAEL eleuatur in chatephpatach, cuius causam etiam *ibidem* adnotauimus. In ITHPEEL & ITHPAAL *chireck paruum*; & in APHEL *patach*, ab extruso caractere praesentis, utpote a quo apud Chaldaeos deducuntur reliqua tempora omnia, exortum esse patet.

## MEMBRUM II.

DE PRAEFORMATIUIS FUTVRI PLVRALIS NUMERI.

## §. CXXXII.

CONTRA ea autem in *plurali* TERTIAE personae masculini generis Ebraice conspicitur  $\text{H}$ , quod ex pronomine  $\text{H}$  ita deduci potest, vt, abiecto Mem a), cum tsere praecedenti b), He superstes transeat in Iod c), punctandum modo supra d) iam adducto.

a) Quoniam in schureckatum Vau mutatum, vi-ces adformatiui in hac persona, & hoc illius generis, praestat, vti ex §. CI. a) patet.

b) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

H

c) Quia

c) Quia Iod vnus cum He est officii, & aequae ac istud ad *quiescibiles* pertinet. Caussam autem, ob quam He permutari debuit in cognatam, supra §. CXXII. e) tradidimus.

d) §. CIX. coll. §. CXXII. g).

§. CXXXIII.

QVOD ad *Chaldaeos* adtinet, similiter <sup>ו</sup> exhibent, deductum scilicet ex וָו, vt ressecta integra syllaba וָ e), & pereunte Nun sequenti f), vna cum dagesch suo e), & praecedente chireck paruo b), Aleph itidem in Iod i) mutetur k), punctandum more supra l) adducto.

e) Quia adformatium huius personae & generis constituit, vti ex §. CII. patet.

f) §. CXXVII. cc).

g) Confusionis euitandae gratia, quam non solum ex parte primae radicalis, quam quoque ex parte praeformatiui ipsius efficeret multipliciter.

b) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

e) Quia vtrumque ad *quiescibiles* pertinet.

k) Vt confusio cum coniugatione Aphel, & prima cuiuslibet futuri singularis personae effugiatur.

l) Scilicet §. CIX. f) coll. §. CXXXIII. i).

§. CXXXIII.

IN *feminino* autem genere apud *Ebraeos* occurrit וָ, quod ex וָו sic deduci potest, vt, pereunte Nun m), cum tsere praeuio n), He in Tau o) mutetur, cui pro ratione coniugationis suae punctato p), dagesch lene imprimitur q).

m) §. CXVII

m) §. CXVII. cc). Praetereaque accedente He  
paragogico ad adformatium huius generis refer-  
tur. Vide §. CIII.

n) DANZ. l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

o) §. CXXIV. n).

p) §. CIX. f) coll. §. CXXII. g).

q) §. CXXIV. o)

### §. CXXXV.

APVD Chaldaeos vero  $\text{נ}$  ex  $\text{נ}$  sic deriva-  
tur, vt abscissa syllaba  $\text{נ}$  ( $\text{נ}$ ), & abiecto Nun  
sequenti  $\text{נ}$ ), cum dagesch forti suo ( $\text{נ}$ ), & praec-  
edente chireck paruo ( $\text{נ}$ ), Aleph in Iod mu-  
tetur ( $\text{נ}$ ), punctandum, vti supra  $\text{נ}$ ) monuimus.

r) Haec enim in  $\text{נ}$  mutata, adformatium hu-  
ius personae & generis constituit. Vide §. CIV.

s) §. CXXVII. cc).

t) §. CXXXIII. g).

u) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

x) §. CXXXIII. i) & k).

y) §. CIX. coll. §. CXXXIII. i).

### §. CXXXVI.

SED respectu SECUNDAE personae masculini  
generis Ebraice considerandum est  $\text{נ}$ , ex  
pronomine  $\text{נ}$  truncatum, vt scilicet ab-  
iecto Mem ( $\text{נ}$ ), cum saegol praecedente ( $\text{נ}$ ), &  
Aleph ( $\text{נ}$ ), cum subscripto patach ( $\text{נ}$ ), Tau  
punctetur, vti supra  $\text{נ}$ ) indicauimus.

z) Quia in schureckatum Vau mutatum adfor-  
matium huius generis constituit. Vide §. CV.

aa) DANZ. l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

bb) Quia est nota primae personae singularis futuri.

H 2

cc) §.

cc) §. CXXVI. x).

dd) §. CIX. f) coll. §. CXXII. g), nec non §. CXXVI. z).

§. CXXXVII.

CONTRA ea *Chaldaice* itidem se sistit  $\text{נן}$ , ex  $\text{נן}$  proueniens, vt, abiecta integra syllaba  $\text{נן}$  ee), Nun ff), cum schuate suo gg, & Aleph bb), cum subscripto patach ii), Tau residuum eo modo, quem superius kk) adduximus, punctetur.

cc) Pertinet enim ad adformatium huius generis. Conf. §. CVI.

ff) §. CXXVII. cc).

gg) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. obs. p. 35.

bb) §. CXXXVI. bb).

ii) §. CXXVI. x).

kk) §. CIX. f) coll. §. CXXIII. i).

§. CXXXVIII.

IN *feminino* autem genere apud *Ebraeos* considerandum venit  $\text{נן}$ , ex pronomine  $\text{נן}$ , vt, abiecto Nun ll), cum saegol praeuio mm) & Aleph nn), cum subscripto patach oo), Tau punctetur modo adlegato pp).

ll) Quia accedente insuper He paragogico ad adformatium huius personae refertur. Conf. §. CVII.

mm) DANZIVS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

nn) §. CXXXVI. bb).

oo) §. CXXVI. x).

pp) §. CIX. f) coll. §. CXXII. g) nec non §. CXXVI. z).

§. CXXXVIII.

QVEMADMODVM & apud *Chaldaeos* sese nobis





e) Siquidem munia adformatiui primae pluralis praeteriti obire solet. Vide §. xcvii.

f) Adplicanda itaque etiam hoc loco sunt, quae §. cxl. zz), & a), nec non b) & c) diximus, collato §. cxxiii. i).

### SECTIO III.

#### DE PRAEFORMATIVIS PARTICIPII.

#### §. CXXXXII.

INTVITV participiorum, *Ebraice* huc pertinet ex coniugatione NIPHAL  $\text{נִפְּחַל}$ , cuius originem, vna cum formatione a) & punctatione b) supra edisseruimus.

a) §. cix. per integrum.

b) §. cxxii. g).

#### §. CXXXXIII.

SED in PIEL, PÜAL, HIPHIL, HÜPHAL & HITHPAELprehenditur  $\text{נִפְּחַל}$ , desumptum ex voce  $\text{נִפְּחַל}$  c), vtpote ex quo, reflecto posteriori Mem d), cum tsere praeuio e), prius Mem pro varietate coniugationum variam exhibere solet punctationem f).

c) Quae partem significat, & idcirco in participiis adhibetur, vt naturam eorundem sistat quam clarissime, in eo consistentem, quod participant de NOMINE flexionem per genera & numeros: & de VERBO, quod praesens & praeteritum exprimant.

d) Quia non feruit in medio, sed tantum ab initio & fine.

e) DANZIUS, l. c. §. XVII. caut. 2. p. 35.

f) In PIEL enim & PÜAL ductu §. cviii. f) punctum regulare *schua* exhibet. Sed in HIPHIL *pa-tach*: in HÜPHAL *kübbuz*; & denique in HITHPAEL *chi-*

*chireck paruum* sub se habet, quod ab extruso He, infinitivi caractere, ortum esse patet.

## §. CXXXIII.

Id quod & dicendum est de *Chaldaeorum* nota participii  $\overline{\text{D}}$ , quippe quae originis & formationis ratione cum ebraica coincidit *g*), & more coniugationi cuilibet convenienti *h*) puncta sub se exhibet.

*g*) Vide §. CXLIII. *c*), *d*) & *e*).

*h*) Nam in *ITHPEEL*, *ITHPAAL* & *ITTAHAL* *chireck paruum*; sed in *APHEL* *patach* propter eisdem praeteriti characterem conspicitur, quum contra ea in *PAEL* punctum regulare schua, ductu §. CIX. *f*) deprehendatur.

## SECTIO III.

## DE PRAEFORMATIVIS IMPERATIVI.

## §. CXXXV.

TANDEM imperatius *Ebraeorum* *NIPHAL* & *HIPHIL* utitur praeformatio  $\overline{\text{H}}$ , cuius originem & formationem supra *i*) indicavimus, vna cum legitima punctatione *k*).

*i*) Et quidem de *Niphal* §. CXV. ad notulas *kk*), *ll*) & *mm*). De *Hiphil* autem §. CXVI.

*k*) Intuitu prioris §. CXV. *nn*) *oo*) & *pp*). Respectu autem posterioris §. CXVI. *qq*), dum imperatius hoc in negotio cum infinitivo conspirat. Coniugatio autem *HÜPHAL* ordinarie imperativum non habet, quia non possumus alteri imperare, quod in nostra potestate non est. Coniugatio enim *Hüphal*, cum qua in hac re convenit coniugatio *Püal*, communissima denotat eiusmodi passionem, quae ab alio dependet, & cuius etiam auctor subicitur. *Extraordinarie* tamen bis imperativus *Hüphal* in pandectis sacris, scilicet *Jer. XLIX, 8.* & *Ezech. XXXII, 19.* deprehenditur, quod tamen ordinario nihil derogat.

## §. CXXXVI.

## §. CXXXXVI.

SED in coniugatione HITHPAEL tota syllaba  $\text{ִתְּ}$  adhibetur, quam & supra l) pro originis, formationis item, & punctationis ratione explicauimus.

l) §. CXI. per totum, coll. §. CXVII. ti), nam quae ibidem dicta sunt, huc ex affe quoque quadrant.

## §. CXXXXVII.

APVD Chaldaeos in ITHPEEL syllabae  $\text{ִתְּ}$  originem & formationem supra indicaui-  
mus m).

m) §. CXII. per omnes eius notas.

## §. CXXXXVIII.

QVOD & dicendum est de  $\text{ִתְּ}$  in ITHPAAL, dum in omnibus coincidit cum praecedente n), nisi quod saegol pro chireck paruo alternet o).

n) Vnde totus §. CXII. hus quoque transferendus & adplicandus est.

o) DANZIVS, l. c. §. XXVI. XIII. v. p. 62.

## §. CXXXXVIII.

SICVTI &  $\text{ִתְּ}$  coniugationis ITTAPHAL supra iam vberius expositum est p).

p) §. CXIV. toto.

## §. CL.

DENIQUE in APHEL  $\text{ִתְּ}$ , cuius tamen & superius exactam dedimus deductionem q).

q) §. CXIII. integro.

## ERRATA EXTANTIORA.

Pag. 67. praeceptum, pro, principium. p. 69. nec, pro, ne.  
p. 79. cui, pro, quibus. p. 82. femini, pro, feminini. p. 92.  
subscribitur, pro, subscribatur. / p. 95. Itpaal, pro, Ithpaal.  
p. 96.  $\text{ִתְּ}$  pro  $\text{ִתְּ}$ . p. 99.  $\text{ִתְּ}$  pro  $\text{ִתְּ}$ . p. 100.  
scureckato, pro, schureckato. p. 101. nobilem, pro, mobi-  
lem. p. 104. kk). p. 108. non hi, pro, non. Si

☞ (\*\*\*) ☞

R.

la-  
ori-  
ra-

dem

nn  
ui-

AL,  
en-  
ruo

k ad-

HAL

z fu-  
)

o, ne.  
p. 92.  
hpaal.  
. 100.  
mobi;





175

176134

VD 18

ULB Halle

3


007 201 702



116 434







B.I.G.

Farbkarte #13

M. GERH. GOTTFRIED <sup>L</sup>RANIS,  
VERBI DIVINI APVD GOETTERA-  
NOS MINISTRI,


**CRITICA**  
**ANALYSIS**

PRONOMINVM PERSONALIVM,  
SVFFIXORVM ITEM,  
NEC NON

**ADFORMATIVORVM**  
PARITER ET PRAEFORMATIVORVM  
EBRAICORVM ET CHALDAICORVM.

QVA  
IN EORVM GENVINA ETYMA, ET LEGI-  
TIMAM AB HIS DEDVCTIONEM SEDVLO  
INQVIRITVR, ET CVIVSLIBET MUTATIONIS  
RATIO SVBLICITVR.

**IN VSVM QVONDAM AVDITORVM**  
CONCINNATA, NVNC VERO EX ROGATV  
PLVRIVM IN LVCEM EDITA.



**IENAE, EX OFFICINA RITTERIANA,**  
M DCC XXXIV.